Effectum autem operis aggrauat per confirmatum usum ; unde primo ostendit confirmationem, secundo eorum auersionem : *Dereliquerunt*. Confirmationem ostendit primo per peccati consuetudinem que inducit habitum, unde dicit *genti peccatrici* ; sic enim est peccator ex habitu sicut cantor ex arte uel officio, infra XLVIII[8] « Transgressorem ex uentre uocaui te ». Secundo per peccati promptitudinem, que est quasi quedam grauitas in peccando ; Gregorius « Peccatum quod per penitentiam non diluitur mox suo pondere ad aliud trahit », Ps. « Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem ». Tertio ex peccati successione, quia peccata patrum imitantes quasi ex propagatione habent, unde dicit *semini nequam*, id est pessimorum secundum aliam translationem, Ps. « Peccauimus cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus ». Quarto quantum ad peccatorum magnitudinem, cum dicit *filiis sceleratis*, Ez. XXII[9] « Viri detractores fuerunt in te ad effundendum sanguinem, scelus operati sunt in medio tui », infra LVII[4] « Numquid non uos filii scelesti, semen mendax ? ».

Super quo ; addentes. Hic ostendit peccati incorrigibilitatem, remouens triplicem correctionis modum. Primo illum qui est per diuinum flagellum, dicens *Super quo*, id est ad quid, *addentes*, ut scilicet unde correptio inde addatis peccata, Ier. II[30] « Frustra percussi filios uestros, disciplinam non receperunt ». Secundo illum qui est per proximi consilium uel auxilium, cum dicit *Omne caput languidum*, quia nullus est ydoneus ad succurrendum alteri propter propriam infirmitatem. Et hoc ostendit quantum ad personam regis uel principis, dicens *Omne caput languidum*, I Regum XV[17] cap. « Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es ? » ; quantum ad personam sacerdotis, *omne cor merens* : cor enim primo recipit uitam ab anima et transfundit in

233 non...excuset] ne...excuset Sv non...excusat F excuset π 241 nutriuisti Sv] nutristi *cet.* 246 electionem] exaltationem Bo π 248 Spreuerunt me] *supple* Hic ponit ingratitudinis uitium (*cf. supra lin.* 236) 249 domus] dominus F π 260 xvi Sv] vi *cet.* 264 uelut F 266 confirmatum F] conformatum *cet.* 267 confirmationem] conformationem *codd.* (-F) *et sic infra* 268 Dereliquerunt] ibi *praem.* Sv 274 peccati] peccandi F 276 diluitur] deletur F 285 Ez. XXII] Os. VJ F 286 scelus] qui *praem.* F 289 quo] percutiam uos ultra *add.* F addentes] etc. Sv ostendit] ponit F 293 correptio inde] correctionem F π 295 per *om.* Sv π

259 uidens Deum : cf. Hier. hic (27 B ; 9). 264 eis *cum* Ω^{MS} : « ei » ΩJ *Clem.* 268 secundo... : infra non invenitur. 273 ex uentre *cum* Ω^{MS} *Vulg.* : « de uentre » ΩJ, « ex utero » *Clem.* 275 *Moral.* XXV c.9 (PL 76, 334 B-C). 277 Ps.XIII[2]. 281 aliam... : cf. Hugo « alii interpretes », scilicet Septuaginta secundum Hier. (27 C ; 8). 282 Ps. CV[6]. 303-305 cor...in corpus : cf. Arist. *De gen.animal.* II c.6 (743 b 25), Avicenna *De anima* V c.8 (ed. S. Van Riet, Louvain 1968, p. 176 lin. 64-70), ipse Thomas *Super Metaph.* V 1 (1013 a 5).

[6] A planta pedis usque ad uerticem non est in eo sanitas. Vulnus et liuor et plaga tumens non est circumligata nec curata medicamine neque fota oleo. [7] Terra uestra deserta, ciuitates uestre succense sunt igni; regionem uestram coram uobis alieni deuorant, et desolabitur sicut in uastitate hostili. [8] Et derelinquetur filia Syon ut umbraculum in uinea et sicut tugurium in cucumerario, sicut ciuitas que uastatur. [9] Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, et quasi Gomorra similes essemus.

corpus, quasi medium inter animam et corpus, ita sacerdos est medius inter Deum et populum, Exo. IV[16] « Tu eris eis in hiis que ad Deum pertinent »; quantum ad personam priuati hominis, cum dicit *A planta pedis*, infra LVI[11] « Omnes in uiam suam declinauerunt ».

Et notandum quod inydoneitas regis ostenditur in langore, quia subuenire poterat puniendo per potentiam, Eccli. VII[6] « Noli querere fieri iudex, nisi uirtute ualeas irrumpere iniquitatem »; sacerdotis, ostenditur in merore, per quem fit inydoneus ad sacrificia quibus expiabat peccata, Leui. X[19] « Quomodo potui comedere eam aut placere Domino in cerimoniis mente lugubri? », Ps. « Introite in conspectu eius in exultatione »; sed priuatus poterat corrigere prouocando per exemplum, et ideo ostenditur inydoneus per peccatum quod designatur in priuatione sanitatis, Ps. « Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt », scilicet ad corrigendum.

Tertio, ibi *Vulnus et liuor*, remouet modum qui est per humanum studium, sicut quando aliquis disponitur ad gratiam que delet peccata per bona opera. Unde dicit *Vulnus*, culpa patens, *et liuor*, inuidia latens, *et plaga tumens*, superbia inflans, *non est circumligata* uinculo legis retrahentis, Ier. II[20] « A seculo confregisti iugum meum, rupisti uincula mea, dixisti : Non seruiam », quantum ad primum; *nec curata medicamine*, caritate sanante, quantum ad secundum, Prou. X[12] « Uniuersa delicta operit caritas »; *neque fota oleo*, humilitate leniente, Iudit IX[16] « Humilium et mansuetorum tibi semper placuit deprecatio », Eccli. III[20] « Quanto maior es, tanto magis humilia te in omnibus », Prou. XV[1] « Responsio mollis frangit iram », Iudicum IX[9] « Numquid possum deserere pinguedinem meam qua dii utuntur et homines? ».

Terra uestra. Hic comminatur penam; et primo ponit punientis iudicium, secundo consolationis qualecumque solatium, ibi *Nisi Dominus*. Penam ponit triplicem. Primo quantum ad destructionem possessionum : unde dicit *Terra uestra deserta*, quantum ad campestria, que ita inculta erunt sicut desertum, infra VII[24] « Vepres enim et spine erunt in uniuersa terra »; *ciuitates uestre succense*, quantum ad urbana, Amos II[5] « Mittam ignem in Iuda et deuorabit edes Ierusalem », Ier. IV[26] « Aspexi, et ecce Carmelus desertus, et omnes urbes eius destructe a facie Domini, a facie furoris eius ». Secunda pena est quantum ad destructionem terre nascentium : unde dicit *regionem deuorant*, quantum ad fructus, Deut. XXVIII[51] « Deuoret fructum iumentorum tuorum ac fruges terre tue donec intereas »; *desolabitur*, quantum ad destructionem arborum et uinearum, Ier. IV[13] « Ve nobis, quoniam uastati sumus ». Tertio quantum ad captiuitatem hominum : unde dicit *derelinquetur filia Syon*, id est Ierusalem uel templum unde erat custodia totius prouincie, ut solitaria et *ut umbraculum in uinea* post uindemiam, infra V[7] « Vinea enim Domini domus Israel est et uir Iuda germen delectabile eius »; *sicut tugurium in cucumerario* post fructus ultimos collectos, per quos significat patres, Osee IX[10] « Quasi prima poma ficulnee in cacumine uidi patres eorum »; *sicut ciuitas que uastatur*, quia metropolis erat, Ez. XXXIII[21] « Vastata est ciuitas », ait ille qui uenerat de Ierusalem, Ier. VI[6] « Hec est ciuitas uisitationis, omnis calumpnia in medio eius ».

Nisi Dominus exercituum. Hic ponitur consolatio ex promissione liberandi seminis. Reliquit autem Dominus eis semen carnis congregatum, infra XLIII[5] « Ab oriente adducam semen tuum et ab occidente congregabo te »; semen benedictionis promissum, Gal. III[16] « Abrahe dicte sunt promissiones et semini eius »; semen predicationis

307 eis] ei F Sv 315 ostenditur F] *om.cet.* inydoneus F] ydoneus pBo Sv π 320 prouocando F] *om.cet.* 321 inydoneus] ydoneus pBo F 327 disponitur *coni.*] disponit *codd.* 336 leniente] *supple* quantum ad tertium 338 magis] plus F 345 ibi *om.* Bo π 378 Dominus eis *inv.* F

314 uirtute...iniquitatem : « ualeas uirtute irrumpere iniquitates » Ω. 318 Ps. XCIX[2]. 322 Ps. XIII[2]. 338 Quanto maior... : haud raro apud Thomam e.g. *Contra impugn.* cap.2, 252, *Super Iob.* cap.1 lect. 14; « Quanto magnus es humilia te in omnibus » Ω. 354 Ier. IV[16] « ...et a facie ire furoris eius » sec. Ω. 367 uir *cum Vulg.* : « uiri » Ω sicut infra cap.5, 203. 372 Ez. XXXIII[21] « Venit ad me qui fugerat de Ierusalem dicens : uastata est ciuitas » sec. Ω.

10 Audite uerbum Domini, principes Sodomorum; percipite auribus legem Dei uestri, populus Gomorre. 11 Quo michi multitudinem uictimarum uestrarum? dicit Dominus.

diffusum, infra XXVII[6] « Qui egredietur impetu a Iacob et florebit et germinabit Israel, et implebunt faciem orbis semine »; semen sanctorum nouum, infra LXVI[22] « Sicut celi noui et terra noua que ego facio stare coram me, sic stabit semen uestrum et nomen uestrum, dicit Dominus ».

Filios enutriui etc. Hic notandum tria : nutritionis beneficium, exaltationis priuilegium, ingratitudinis contemptum. Nutriuit quidem tempore legis, quando adhuc heres paruulus erat, Gal. IV[1] : primo reficiens promissis in patribus, Gal. III[16] « Abrahe dicte sunt promissiones »; secundo gubernans iudiciis in legislatoribus, Ps. « Non fecit taliter omni nationi et iudicia sua non manifestauit eis »; tertio defendens auxiliis in iudicibus et regibus, Iudit V[25] « Deus eorum defendet eos, et erimus in opprobrium uniuerse terre »; quarto erudiuit monitis in prophetis, Mal. II[14] « Et testificatus est Dominus inter te et uxorem pubertatis tue »; quinto correxit flagellis in hostibus, II Mach. VI[13] « Etenim non multo tempore sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim ultiones adhibere, magni beneficii est indicium ».

Sed exaltauit tempore gratie : primo secundum carnis assumptionem, Hebr. II[16] « Nusquam angelos apprehendit, sed semen Abrae apprehendit »; secundo per personalem predicationem, Matth. X « Non sum missus nisi ad oues que perierunt domus Israel »; tertio per suam conuersationem, Io. X[32] « Multa bona opera operatus sum in uobis : propter quod opus » etc.; quarto per miraculorum operationem, Io. V et Luce VII[16] « Quia propheta magnus surrexit in nobis, et quia Deus uisitauit plebem suam »; quinto per discipulorum predicationem, Ps. « Pro patribus tuis nati sunt tibi filii : constitues eos principes super omnem terram ».

Sed e contrario illi genus Christi uituperant, Luce IV[22] « Nonne hic est filius Ioseph? »; doctrinam improbant, Matth. XXVI[59-68] et Luce XXII « A Galilea usque huc hunc inuenimus subuertentem gentem nostram »; uitam blasphemant, Matth. IX[11] « Quare cum publicanis et peccatoribus manducat magister uester? »; miracula peruertunt, Matth. XII « In principe demoniorum eicit demonia »; discipulos occidunt, Matth. XXIII « Ecce mitto uos sicut oues in medio luporum ».

Audite uerbum Domini. Hic ponitur medicina contra penam. Et primo conuocat ad audiendum; secundo remouet inutile remedium, ibi *Quo michi?*; tertio adhibetur salubre consilium, ibi *Lauamini, mundi estote.* Conuocat autem ad audiendum primo maiores, dicens *Audite uerbum Domini, principes*; secundo minores, ibi *populus Gomorre*, Matth. X[15] « Amen dico uobis » etc. Sed quare inuitat maiores ad audiendum, minores ad percipiendum? Quia ea que sunt a maioribus audita, facile percipiunt minores. Item cum relinquat eis semen, quare comparat eos illis? Et dicendum quod quantum ad incorrigibiles comparat propter duo : propter peccati similitudinem, infra II[6] « Et pueris alienis adheserunt », et propter publicationem, infra III[9] « Peccatum suum quasi Sodoma predicauerunt nec absconderunt ». Et cum fuerint quinque, precipue comparat istis quia sunt precipue inter alias. Et propter hoc etiam principes comparat Sodomis quia ciuitas illa metropolis erat, sicut patet Gen. XIV; principum autem est audire a Domino uerbum suum et populo legem imponere, et ideo inuitat illos ad audientiam uerbi et populum ad perceptionem legis.

Quo michi? Hic ostendit inutilitatem remedii quod apponebant. Et primo quantum ad sacrificiorum oblationes; secundo quantum ad festorum celebrationes, ibi *Neomenias uestras*; tertio quantum ad diuinas orationes, ibi *Et cum exten-*

389 Hic...tria] hic notantur tria F tria hic notantur Sv 399 defendet Sv] -dit *cet.* 404-406 sinere...indicium] etc. F 413 x Bo] xj *cet.* 420 super...terram] etc. Sv 421 e contrario *om.* Sv genus Christi F] *inv.* Sv Christum Bo π 423 doctrinam] secundo *praem.* Bo 428 xii] xiij π 15 F 430 xxiii] xxxiij π 53 F 434 remouet] -etur Sv 436 Lauamini Bo] et *add. cet.* 439 Matth....uobis etc. *scrips. cum* F] *om. cet.* 448 Sodoma *scrips.*] -mam *codd.* 449 quinque] *supple* ciuitates 460 Neomenias uestras] *sic codd.*; *sed vide lin.* 572 *et* 583

383 egredietur : « egredientur » ΩJ[S] sicut infra cap. 27, 55. 389 Cf. vers. 2. 395 Ps. CXLVII[20]. 399 eos : « illos » Ω. 410 Rectius Matth. XV[24]. 413 operatus...uobis : « ostendi uobis ex patre meo » Ω; cf. *Breviarium S.O.P.* ant. fer. IV post dom. Passionis « Multa bona opera operatus sum uobis, propter quod opus uultis me occidere » (Prototypum Humb., ms. f. 101 va). 415 Ioh.V[8-9] vel etiam V[21] « Sicut enim Pater suscitat mortuos et vivificat, sic et Filius quos vult vivificat ». 418 Ps. XLIV[17]. 424 Rectius Luc. XXIII conflatus ex vers. 5 et 2. 428 Rectius Matth. IX[24]. 430 Rectius Matth.X[16]; magis tamen congruebat XXIII[34] « Ecce mitto ad vos prophetas...et ex illis occidetis ». 436 Vers. 16. 449 quinque : cf. Gen. XIV[2,8]. 460 Cf. vers. 13. 461 Vers. 15.

Plenus sum ; holocausta arietum et adipem pinguium et sanguinem uitulorum et agnorum et hyrcorum nolui. [12] Cum ueniretis ante conspectum meum, quis quesiuit hec de manibus uestris, ut ambularetis in atriis meis ? [13] Ne offeratis ultra sacrificium frustra : incensum abhominatio est michi.

deritis manus. Circa primum duo facit : primo reprobat oblationem de animatis ; secundo de inanimatis, ibi *incensum abhominatio*. In sacrificiis autem animalium erat aliquid quod totum cedebat in cultum Dei, sicut holocaustum, quasi totum incensum — ab olon quod est totum et cauma quod est incendium —, Leui. I ; adeps, qui totus adolebatur, Leui. III[3] ; et sanguis, qui totus effundebatur, Leui. XVII[6]. Quedam autem erant que partim cedebant in cultum Dei, partim in usum ministri, sicut hostia pro peccato, nisi quando erat pro peccato sacerdotis uel multitudinis, Leui. IV[3] ; quedam erant de quibus cedebat aliquid in cultum Dei et aliquid in usum ministri et aliquid cedebat ipsi offerenti, sicut in hostiis pacificis que pro gratiarum actione offerebantur uel pro salute, Leui. IV. Et secundum hec tria diuiditur in tres partes.

Primo reprobat sacrificia in tria distributa, scilicet pacifica. Et primo ponit reprobationem, dicens *Quo michi*, id est ad quid michi offertis, *multitudinem uictimarum uestrarum*, quasi non mearum ; et dicuntur uictime uel quia animal uinctum ad sacerdotem ducebatur, uel quia pro uictoria habita uel habenda offerebatur. Deinde reprobationis rationem ponit, dicens *Plenus sum*, uel propter fastidium, quia non bona, Gen. IV[5] « Ad Cain autem et ad munera eius non respexit » ; uel propter dominium, Ps. « Mee sunt omnes fere siluarum, iumenta in montibus et boues ».

Secundo reprobat ea que ex toto erant Deo oblata. Et primo ponit reprobationem illorum trium ; et ponit tantum tria animalia, quia de hiis fiebant tantum sacrificia que erant de armentis. Fiebant etiam quedam de auibus turturum et pullis columbe, sed hoc erat propter defectum paupertatis, sicut patet Leui. I et IV et pluribus aliis locis ; et iterum non erat usus eorum uniuersalis in omnibus, quia non offerebatur ex hiis hostia pacifica. Deinde ponit reprobationis rationem, ibi *Cum ueneritis*, quasi dicat : plus offenditis me ambulantes in atriis meis polluentes ea, quam holocaustum placeat, unde non accepto hanc communionem, Ps. « Holocaustum et pro peccato non postulasti », Ier. VII[22] « Non sum locutus cum patribus uestris et non precepi eis, in die qua eduxi eos de terra Egypti, de uerbo holocaustomatum et uictimarum ; sed hoc precepi eis, audire uocem meam : et ero uobis Deus et uos michi populus ».

Tertio reprobat ea que erant Deo et sacerdoti debita, dicens *Ne offeratis ultra* ; Ier. XI[15] « Numquid carnes sancte auferent a te malitias tuas in quibus gloriata es? », et Mich. VI[6-7] « Quid dignum offeram Domino? Numquid offeram ei holocaustomata et uitulos anniculos? Numquid placari potest in milibus arietum aut in milibus hircorum pinguium? ».

Incensum. Hic reprobat oblationes de rebus inanimatis, pro quibus omnibus ponit *incensum* eo quod hoc erat inter alia dignius, sicut tymiama de quo Exo. XXX[35], et communius, quantum ad thus quod ponebatur et adiungebatur cuilibet tali oblationi et totum Deo incendebatur, infra LXVI[3] « Qui recordatur thuris, quasi qui benedicat ydolo ».

Sed obicitur de hoc quod dicit Glosa quod Deus numquam sacrificia eorum amauit, cum preceperit ea ad hoc quod fierent, Gen. VIII[21] « Odoratusque est Dominus odorem suauitatis et ait ad eum : Nequaquam ultra maledicam terre propter hominem ». — Et dicendum quod in quolibet sacrificio est aliquid considerandum ex parte offerentis, et aliquid ex parte rei oblate. Ex parte rei oblate, sacrificia nostra placent Deo per se, non autem antiquorum sacrificia. Et hoc est quod placitum siue amatum dicitur per se, quod in se habet unde ametur, sicut bonum

469 Leui.] et Bo π 474 erant] autem *praem.* F cedebat aliquid *inv.* Sv 495 fiebant tantum *inv.* Sv 498 I et IV Bo] i et 24 Sv XXIIIJ π 9.54 F pluribus] in *praem.* Sv 504 holocaustum placeat] holocausta(-stis F) placeant F π 506 postulasti] tunc dixi ecce uenio *add.* Sv 523 de quo *om.* Bo π 538 quod] quia Sv 539 se]ipso *add.* F

464 Vers. 13. 464-478 Cf. *I-II* q.102 a.3 ad 8. 467 ab olon...incendium : idem ad verbum habent Petrus Comestor *Hist. scholastica* Lev.cap.3 (PL 198, 1195 B), Hugo de S. Charo *Prol. in Lev.*, Albertus hic (ed. Colon. p. 20, 54). 468 Leui.I : sic *III Pars* q.22 a.2 ; rectius *Glossa interlin.* super Lev. I[17]. 478 Rectius Lev. VII[11-21]. 484 dicuntur... : cf. Petrus Comester op. cit. (PL 198, 1195 D), Huguccio s.v. vinco (ms. f.206 ra). 487-490 uel...uel... : cf. Hugo et *Glossa marg.* ex Haym. (722 C-D). 490 Ps. XLIX[10]. 498 et IV : rectius Lev. V[7]. 499 aliis locis : e.g. Lev. XII[8], XIV[21]. 505 Ps. XXXIX[7]. 509-511 hoc...populus : « hoc uerbum precepi eis : audite uocem meam...et uos eritis michi populus » sec. Ω. 523 Exod. XXX[35] « faciesque thymiama...sanctificatione dignissimum ». 524 thus...incendebatur : cf. Lev. II[16]. 528 obicitur... : cf. Albertus hic (ed. Col. p. 21, 31). *Glossa marg.*

Neomeniam et sabbatum et festiuitates alias non feram; iniqui sunt cetus uestri; [14] kalendas uestras et sollempnitates uestras odiuit anima mea; facta sunt michi molesta, laboraui sustinens. [15] Et cum extenderitis manus uestras, auertam oculos meos a uobis; et cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam; manus enim uestre sanguine plene sunt. [16] Lauamini,

honestum; quod autem tantum amatur per relationem illius ad alterum non dicitur per se amatum, sicut dicitur secari uel uri amatum secundum quod est ad finem sanitatis relatum. Nostra autem sacrificia in se ipsis continent gratiam sanctificationis, secundum quam sunt Deo accepta; sed illa antiquorum sacramenta uel sacrificia erant tantum signa istorum, et ideo non erant per se amata. Ex parte autem offerentis, et nostra et illorum possunt esse accepta ex deuotione offerentis.

Potest ergo quadruplex tempus distingui. Primum ante legem scriptam et ydolatriam : et tunc placebant antiqua sacrificia facta a sanctis patribus, et propter deuotionem offerentis et propter significationem rei oblate. Secundum tempus est sub lege scripta : et tunc interueniente ydolatria, additum fuit quiddam propter quod simpliciter displicebant, quia non erat dignum quod eodem placaretur Deus et coleretur dyabolus; et ex alia parte fuit addita una utilitas ex parte offerentis, ut esset remedium contra ydolatriam populo ad hoc prono : unde etiam de sacrificiis nichil preceptum est ante fabricationem ydoli, et sic intelligitur auctoritas Ieremie inducta. Tertium tempus fuit sub prophetis, in quo propter peccata populi iam non placebant ex parte offerentis, sed tantum in quantum erant signa : unde secundum hoc non placabant Deum sed magis offendebant. Quartum tempus est sub gratia, quando iam usus eorum ex toto abolitus est, quia ueniente ueritate cessauit figura.

Neomeniam et sabbatum. Hic remouet solempnitatum celebrationes. Et primo quantum ad futurum ponit prohibitionis propositum, dicens *Neomeniam*, Ps. « Buccinate in neomenia tuba in signum diei solempnitatis uestre » ; *sabbatum*, Exo. XX[8] ; *festiuitates alias*, Leui. XXIII[37] « Hec sunt ferie Domini quas uocabitis celeberrimas et sanctissimas » ; *iniqui sunt cetus uestri*, infra LVIII[3] « Ecce in die ieiunii uestri inuenitur uoluntas uestra, et omnes debitores uestros repetitis ». Secundo, ibi *kalendas uestras*, quantum ad presens ponit odium, dicens *kalendas* quod supra *neomeniam* ; unde in alio Psalmo « Sumite in initio mensis tubam », Tren. II[6] « Obliuioni tradidit Dominus in Syon festiuitatem et sabbatum, et in opprobrium et in indignationem furoris sui regem et sacerdotem ». Tertio quantum ad preteritum ponit tedium, dicens *facta sunt michi molesta*, et ponit duo : grauitatem ponderis, *facta sunt molesta*, Ps. « Sicut onus graue grauate sunt super me » ; secundo laborem portantis : *laboraui sustinens*, Ysa. XLIII[24] « Prebuisti michi laborem in iniquitatibus tuis ». Et loquitur more humano de Deo, quia homini dicitur esse graue et laborare in eo quod non placet sibi.

Et cum extenderitis. Reprobat orationes ipsorum. Et primo ponit reprobationem ; secundo reprobationis rationem, ibi *manus enim uestre.* Circa primum duo facit : primo reprobat quantum ad signum deuotionis, ibi *Et cum extenderitis*, Tren. III[41] « Leuemus corda nostra cum manibus ad celum ad Deum », et infra LXV[2] « Tota die expandi manus meas ad populum incredulum, qui graditur uia non bona » ; secundo prolixitatem orationis, Prou. XXVIII[9] « Qui declinat aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis ». *Manus enim uestre sanguine plene sunt* quem fudistis, Ps. « Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem », Prou. I[15-16] « Prohibe pedem tuum a semitis eorum : pedes enim illorum ad malum currunt et festinant ut effundant sanguinem ».

Lauamini. Hic ponit salubre consilium. Et circa hoc tria facit : primo ponit efficax remedium ; secundo remedii effectum, ibi *uenite* ; tertio penam contra contemptum, ibi *Quod si nolueritis.* Remedium consistit in duobus : in fuga mali, et sequela

540 tantum amatur *inv.* F relationem] tantum *add. codd. et delevimus* 544 continent...quam] optinent...quod Sv 546 uel sacrificia] et sacrificia F *om.* pBo Sv 559 alia parte *inv.* F 564 Ieremie Sv] Ieronymi *cet.* 567 signa] signum Bo Sv 568 placabant] placebant F π 583 unde...tubam] *hic ponitur in codd.; fort. reponendum ante* sabbatum(*lin.* 576) 584 II] 3 F Sv 586 in[2] *om.* F Sv 594 et *om.* Sv 596 extenderitis(*cf. lin.* 600)] -deris *codd.* (-Sv) 601 ad celum] in celum *post* deum Sv π 602 LXV *om. codd.* (-F) 604 uia] in *cum Vulg. praem.* Sv 607 fudistis] effudistis Sv 615 nolueritis] -rint Sv uolueritis F π

564 inducta : supra lin. 513-515, quam etiam allegat Thomas *I-II* q.102 a.3. 575 Ps. LXXX[4]. 576 Exod. XX[8] « Memento ut diem sabbati sanctifices ». 584 Cf. Ps. LXXX[4] sec. Psalterium romanum « Canite in initio mensis tuba » (ed. R. Weber, Città del Vaticano 1953, p. 201), ut introitus fer. IV Q.T. sept. in *Graduale O.P.* (Prototypum Humb., ms. f. 347 va). 590 Ps. XXXVII[5]. 601 manibus...Deum : « manibus ad dominum in celos » Ω. 602 Tota...meas : « expandi manus meas tota die » Ω. 607 Ps. XIII[3]. 614 Vers. 18. 615 Vers. 20.

mundi estote, auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis, quiescite agere peruerse; [17] discite bene facere, querite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite uiduam. [18] Et uenite et arguite me, dicit Dominus; si fuerint peccata uestra ut coccinum quasi nix dealbabuntur; et si fuerint rubra quasi uermiculus uelut lana alba erunt; [19] si uolueritis et audieritis me, bona terre comedetis. [20] Quod si nolueritis et me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit uos, quia os Domini locutum est.

boni, ibi *discite*. Malum fugatur dupliciter : per purgationem preteriti, et quantum ad hoc dicit *Lauamini*, Ier. IV[14] « Laua a malitia cor tuum, Ierusalem, ut salua fias; usquequo morabuntur in te cogitationes noxie? ». Secundo per cautelam futuri, et hoc fit tripliciter : ut corde mala non cogitet, *mundi estote*, Prou. XXII[11] « Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum habebit amicum regem »; ut cogitata opere non impleat : *auferte malum*, scilicet opus, Mich. II[1] « Ve qui cogitatis inutile et operamini malum in cubilibus uestris : in luce matutina faciunt illud »; ut incepta non perficiat : *quiescite agere peruerse*, Ier. II[25] « Prohibe pedem tuum a nuditate et guttur tuum a siti »; « Cursor leuis explicans uias suas », in eodem II[23].

Discite bene facere. Hic ponit remedium quantum ad sequelam boni. Et primo ut addiscant; secundo ut opere impleant, ibi *subuenite oppresso*. Operatur enim aliquis bonum in ordinando se ipsum, et quantum ad hoc dicit *discite bene facere*, Ier. VI[8] « Erudire, Ierusalem, ne forte recedat anima mea a te, ne forte ponam te terram desertam et inhabitabilem »; in ordine ad proximum, et hoc est quod dicit *querite iudicium*, Iob XXIX[16] « Causam quam ego nesciebam diligentissime inuestigabam », Ier. VI[16] « State super uias, et uidete et interrogate de semitis antiquis ».

Subuenite oppresso. Hic ponit impletionem operis in subueniendo miseris. Miserum autem facit uel uiolentia, et quantum ad hoc dicit *subuenite oppresso*, Prou. XXIV[11] « Erue eos qui ducuntur ad mortem, et qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses »; aut etatis ignorantia : *iudicate pupillo*, Eccli. IV[10] « In iudicando esto pupillis ut pater »; aut sexus impotentia : *defendite uiduam*, Iob XXIX[11] « Auris audiens beatificabat me, et oculus uidens testimonium reddebat michi ».

Et uenite. Hic promittit effectum, et circa hoc tria ponuntur. Primo promittentis obligatio, cum dicit *uenite*, ac si diceret : Si facitis que dico et non sequatur quod promitto, obligo me ad hoc quod arguatis me; hoc plangebat Iob IX[33] « Non est qui utrumque possit arguere et ponere manum suam in ambobus ». Secundo malorum cessatio : *si fuerint peccata*; et promittit specialiter mundationem a peccatis. Quia cessante causa cessat effectus, duo genera peccati tangit : quod est ex amore incendente, quod notatur in coccino propter intensum ruborem, contra quod ponit candorem niuis frigide, Iob IX[30] « Si lotus fuero quasi aquis niuis, et fulserint uelud mundissime manus mee » etc.; et quod est peccatum ex timore mortificante, quod notatur in uermiculo cuius color accedit ad albedinem, contra quod ponit lanam, Ez. XXVII[18] « In multitudine diuersarum opum, in lanis optimi coloris », Dan. VII[9] « Vestimentum eius sicut nix candidum, et capilli eius quasi lana alba ». Tertio ponitur bonorum restitutio : *si uolueritis et audieritis, bona terre*, Ps. « Credo uidere bona Domini in terra uiuentium »; *comedetis*, infra LXV[13] « Ecce serui mei comedent, et uos esurietis ».

Quod si nolueritis. Ponit penam contra contemptum. Et primo ponit contemptum, dicens *Quod si nolueritis*, Zach. VIII[14] « Cogitaui ut affligerem uos, cum ad iracundiam me prouocarent patres uestri ». Secundo comminatur uindicte gladium : *gladius deuorabit uos*, Ez. V[12-13] « Gladium euaginabo post eos et complebo furorem meum, et quiescere faciam indignationem meam in eis ». Tertio ostendit esse immutabile iudicium : *quia os Domini locutum est*, Num. XXIII[19] « Non est Deus ut homo ut mentiatur, neque ut filius hominis ut mutetur ».

621 Secundo] et Sv 626 auferte...opus] *post* faciunt illud(*lin.* 628) *codd.*; *et correximus* 631 explicans] expectans *codd.* (-Sv) 635 impleant] compleant Sv 636 enim] autem Sv 641 Iob...inuestigabam Bo] *post* antiquis F *om. cet.* 643 Ier. VI] querite iudicium *praem.* Bo 645-648 Hic...oppresso *hom. om.* F 653 beatificabat] -ficat F π 660 utrumque Sv] eum(*marg.* : uel utrumque) Bo eum *post* possit π eum uel *praem.* F 661 Secundo Sv] -ndum *cet.* 669 quod est *om.* F 672 diuersarum] -orum F 673 opum] operum F Sv π 674 Vestimentum] aspectus eius *praem.* Sv aspectus eius etc. xxii *praem.* π aspectus eius et infra(contra F) *praem.* Bo F *et delevimus* (*cf.* Matth. XXVIII[3]) 676 si] ibi *praem.* Sv 682 affligerem] -ret F π 683 me prouocarent *inv.* F π 685 gladius] ibi *praem.* Sv

651 pupillo : « pupillis misericors » Ω. 660 possit : « ualeat » Ω. 664 duo... : simile habent S. Langton (ms. f. 164 ra), Hugo, Guerricus (ms. f. 8 va). 674 capilli...alba : « capilli capitis eius quasi lana munda » Ω. 676 Ps. XXVI[12]. 683 me...uestri : « prouocassent patres uestri me » Ω. 690 ut homo...filius : sic Thomas *Super Iob* cap. 2, 54 et *Super Iob.* cap. 7 lect. 2 ; « quasi homo...nec ut filius » Ω.

[21] Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicii? Iustitia habitauit in ea, nunc autem homicide. [22] Argentum tuum uersum est in scoriam, uinum tuum mixtum est aqua. [23] Principes tui infideles, socii furum; omnes diligunt munera, sequntur retributiones; pupillo non iudicant; causa uidue non ingreditur ad eos. [24] Propter hoc ait Dominus Deus exercituum fortis Israel: Heu, consolabor super hostibus meis et uindicabor de inimicis meis. [25] Et conuertam manum meam ad te et excoquam ad purum scoriam tuam et auferam omne stagnum tuum.

Quomodo facta est meretrix. Hic ostendit peccatum eorum secundum auersionem a iustitia proximi. Et circa hoc tria facit : primo describit culpam; secundo comminatur penam, ibi *Propter hoc dicit Dominus*; tertio pene sequelam, ibi *Et restituam*. Circa primum primo arguit peccatum plebis; secundo peccatum sacerdotis, ibi *Argentum*; tertio peccatum principis, ibi *Principes tui*. In plebe duo arguit aggrauans per comparationem ad priorem statum : scilicet uenalitatem per comparationem ad priorem fidelitatem, unde *Quomodo facta est meretrix?*, Ier. II[20] « Sub omni ligno frondoso et in omni colle sublimi tu prosternabaris meretrix »; et crudelitatem per comparationem ad iustitiam et iudicium, quod est iustitie executio, Ps. « Quoadusque iustitia conuertatur in iudicium », unde dicit *nunc autem homicide*, Osee IV[2] « Maledictum et mendacium et homicidium et furtum et adulterium inundauerunt, et sanguis sanguinem tetigit ».

Peccatum sacerdotis in duobus arguit. In corruptione ueritatis doctrine : unde dicit *Argentum tuum uersum est in scoriam*, Ps. « Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terre », Ier. V[31] « Prophete prophetauerunt mendacium ». Secundo in remissione seueritatis discipline, que significatur in uino, hoc enim est uinum quod infudit Samaritanus, Luce X[34] : unde dicit *uinum tuum*, Ez. XIII[18] « Ve qui consuunt ».

Principes tui. Hic arguit peccatum principum. Et primo ostendit eos infideles in officii executione, quod ad suam utilitatem et non populi exequntur, Amos VI[6] « Vnguento optimo delibuti, bibentes in fialis uinum », Ez. XXXIV[2] « Ve pastoribus Israel qui pascunt semet ipsos : nonne greges pascuntur a pastoribus? »; et propter hoc dicit *infideles*. Secundo ostendit eos transgressores in malefactorum receptione : *socii furum*, eos defendendo et patrocinium prestando, Osee VI[9] « Quasi fauces uirorum latronum principes sacerdotum », Prou. I[15] « Fili, ne ambules cum eis ». Tertio ostendit eos corruptos in munerum receptione, infra V[23] « Ve qui iustificatis impium pro muneribus, et iustitiam iusti aufertis ab eo »; unde dicit *diligunt munera* recepta, sequntur promissa uel sperata. Quarto ostendit eos iniquos in pauperum repulsione, dicens *pupillo non iudicant*, Ier. V[28] « Causam uidue non iudicauerunt, causam pupilli non direxerunt ».

Propter hoc dicit Dominus. Hic comminatur penam : et primo prelatorum; secundo subditorum, ibi *Et conuertam*. Circa primum ponit tria. <Primo> punientis potestatem in auctoritate, dicens *Dominus*, Mal. I[6] « Si ego Dominus, ubi est timor meus, dicit Dominus »; in ministrorum multitudine : *exercituum*, Iob XXV[3] « Numquid est numerus militum eius? »; in multitudine : *fortis*, Iob IX[4] « Sapiens corde est et fortis robore : quis resistit ei et pacem habuit? ». Secundo ponit punientis uoluntatem : *Heu*, scilicet eis, *consolabor*, quia consolatio erit punitio eorum, infra LXIII[4] « Dies ultionis in corde meo, annus retributionis mee uenit ». Tertio ponit pene crudelitatem, ibi *et uindicabor de inimicis*, quasi : sicut hostes puniam uos, Deut. XXXII[41] « Reddam ultionem hostibus meis, et hiis qui oderunt me retribuam ».

Et conuertam. Hic comminatur penam subditorum. Et primo ponitur punientis preparatio, ibi *Et conuertam manum meam ad te* puniendum, quam parcendo quasi plicatam tenueram, Iob XIX[21] « Manus Domini tetigit me ». Secundo pene perfectio : *excoquam*, igne tribulationis, *ad purum*,

704 prosternabaris] -naberis π 708 homicide *coni.*] -icid' Sv -icidium *cet.* 715 probatum terre] ter pur F etc. π purgatum septuplum *add.* Sv 718 enim est *inv.* Sv 720 Ve qui consuunt *coni.*] usquequo consumunt *codd.* 724 bibentes *ante* Vnguento Sv 725 fialis *scripsi.*] filias π fialas *cet.* 729 malefactorum] -ficorum π -ficiorum Sv 732 Fili] mi *cum Vulg. add.* Sv 735 iunde dicit *om.* Sv 738 dicens] ibi Bo π 744 <Primo> *suppl.*] *om. codd.* 747 exercituum] -cicium F π 750 ponit *om.* Sv 752 quia] hec F 754 Tertio ponit *om.* Sv ibi *om.* Sv 756 XXXII] 23 Bo 22 π 13 F 760 Et *om.* Sv

695 Vers. 24. 696 Vers. 26. 698 Vers. 22. 699 Vers. 23. 703 Ier. II[20] : « In omni enim colle sublimi et sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix » Ω. 706 Ps. XCIII[15]. 713 Ps. XI[7]. 724 Vnguento...delibuti *post* uinum Ω. 726 pascunt : « pascebant » Ω. 731 principes : « particeps » Ω. 745 Si ego Dominus : sicut frequenter apud Thomam e.g. *Super Sent. III* d. 34 q. 2 a. 3 qc. 4, *I-II* q. 68 a. 7 arg. 1; « Si dominus ego sum » Ω. 753 retributionis : sicut infra cap. 63, 117 cum Ω^{M}; « redemptionis » Ω^{IS} et *Vulg.* 761 quasi plicatam : cf. *Glossa interlin.*

[26] Et restituam iudices tuos ut fuerunt prius et consiliarios tuos sicut antiquitus. Post hec uocaberis ciuitas iusti, urbs fidelis. [27] Syon in iudicio redimetur, et reducent eam in iustitia. [28] Et conteret scelestos et peccatores simul, et qui dereliquerunt Dominum consumentur. [29] Confundentur enim ab ydolis quibus sacrificauerunt, et erubescetis super hortis quos elegeratis,

quousque aliquid purgandum sit, Matth. v[26] « Non exibis inde donec reddas nouissimum quadrantem ». Tertio penarum multitudo : *auferam omne stagnum tuum*, quia pro omni peccato, infra XL[2] « Recepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis ».

Et restituam. Hic ponit pene sequelam. Et primo quantum ad correptos, renouationem ; secundo quantum ad obstinatos, consumptionem, ibi *Et conteret* : eodem enim igne, ut dicit Augustinus, aurum probatur et palea fumat. Circa primum tria facit : primo promittit renouationem quantum ad prelatorum emendationem ; secundo quantum ad fame restitutionem, ibi *Post hoc uocaberis* ; tertio quantum ad iustitie obseruationem, ibi *Syon in iudicio*. Dicit ergo *restituam iudices*, quantum ad seculares principes, quorum est iudicare populum, *et consiliarios tuos*, id est sacerdotes, quorum est consilia Dei manifestare populis, Mal. II[7] « Labia sacerdotum custodiunt scientiam, et legem exquirunt ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est » ; *ut fuerunt prius*, sicut Moyses et Iosue qui Deo placuerunt, Ier. III[15] « Dabo uobis pastores iuxta cor meum, qui pascent uos scientia et disciplina ». *Et uocaberis*, id est recuperabis famam ut dicaris talis qualis ante fueras, *ciuitas iusti*, id est in qua seruatur iustitia, infra LXII[4] « Non uocaberis ultra derelicta, nec uocaberis ultra desolata, sed uocaberis uoluntas mea in ea » ; *Syon in iudicio*, per executionem iustitie, *redimetur* a calumpniantibus ; *et reducent eam in iustitia*, quia iudicum est reducere ad equalitatem in qua consistit iustitia, Ps. « Iudicare populum tuum in iustitia et pauperes tuos in iudicio », Ier. XXIII[5] « Regnabit rex et faciet iustitiam et iudicium in terra ».

Et conteret. Hic ponitur obstinatorum destructio. Et circa hoc tria facit : primo predicit destructionem ; secundo destructionis modum, ibi *Confundentur* ; tertio aufert euasionis spem, ibi *Et erit fortitudo tua*. Et quia pena ordinatur contra culpam, ideo circa primum tangit culpam dupliciter. Ex parte conuersionis, quantum ad scelus ydolatrie, unde dicit *scelestos*, et quantum ad peccatum uoluptatis et luxurie, unde dicit *peccatores*, quia ad talia homines maxime proni sunt ; contra quod ordinat penam contritionis, in quo notatur pena per inflictionem, Ier. XVII[18] « Duplici contritione contere eos », quasi pro duplici peccato. Secundo ex parte auersionis, quia *dereliquerunt Dominum* ; contra quod ordinat penam consumptionis, dicens *consumentur*, in quo designat penam desertionis : quod enim consumitur in nichilum uadit, et omnia in nichilum deciderent nisi manus Domini ea contineret, ut dicit Gregorius ; Ier. XVII[13] « Domine, omnes qui te derelinquunt confundantur, recedentes a te in terra scribentur, quoniam dereliquerunt uenam aquarum uiuentium Dominum ».

Confundentur. Hic ponit modum destructionis : et primo quantum ad confusionem peccati ; secundo quantum ad subtractionem boni, ibi *cum fueritis*. Circa primum contra ydolatriam ordinat confusionem, dicens *Confundentur ab ydolis*, id est propter ydola, Ps. « Confundantur omnes qui adorant sculptilia » ; contra uoluptatem erubescentiam, cum dicit *erubescetis super ortis*, id est uoluptuosis locis, *quos elegeratis* luxurie uestre, Ro. VI[21] « Quem fructum habuistis in illis in quibus nunc erubescitis? ». Confusio enim magis respicit malum, sed erubescentia culpam : peccata enim carnalia, ut dicit Gregorius, sunt minoris culpe et maioris infamie ; et ratio est quia sunt secundum potentias ignobiliores et maxime materiales, et tamen sunt innate et connaturales et passibiles.

764 aliquid] ad F π 765 reddas] uniuersum debitum uel(et F) *add.* (*ex* Matth. XVIII[34]) pBo F 788 recuperabis famam *inv.* Sv 791 ultra] amplius *cum* Ω *et Vulg.* Sv 795 iudicum *coni.cum* Sv] iudicium *cet.* 810 quo F] qua *cet.* 811 per inflictionem F] pro inflictione *cet.* 813 Secundo] iterum Sv 817 deciderent] -runt F π 818 Domini] dei π conditoris Sv contineret] retineret Sv 819 derelinquntl -iquerunt Sv π 823 ponit modum] ponitur modus Sv 824 confusiones peccatorum F 830 erubescetis Sv] -scitis *cet.* 830 super...id est] super ho.i.Sv super.i. Bo π superiori F 836 et[1]] sed Sv 838 innate] -ta Bo π

765 exibis : ut *III Pars* q.87 a.4 sed c. ; « exies » Ω. 768 Recepit : « Suscepit » Ω et Thomas infra cap.40, 29. 772 Vers. 28. 773 *De civ. Dei* I c.8 (Pl 41, 21 A ; CCL 47, 8). 782 Labia sacerdotum...exquirunt : « labia sacerdotis...requirent » Ω. 788 disciplina : « doctrina » Ω. 791 nec...ultra : « et terra tua non uocabitur amplius » Ω. 795 iudicum... : cf. Arist. *Ethic.* V 6 (1132 a 6 et 25) et Thomas ibi. 796 Ps. LXXI[2]. 802 Vers. 29. 803 Vers. 31. 818 *Moral.* XVI c.37 (PL 75, 1143 C) ad sensum. 828 Ps. XCVI[7]. 830 id est... : « uoluptuosis locis » Hugo et *Glossa interlin.* 835 *Moral.* XXXIII c.12 (PL 76, 688 B-C) ad sensum.

30 cum fueritis uelut quercus defluentibus foliis et uelut ortus absque aqua. 31 Et erit fortitudo uestra ut fauilla stuppe et opus uestrum quasi scintilla; et succendetur utrumque simul, et non erit qui extinguat.

Cum fueritis. Hic ponitur subtractio boni. Et primo eius quod pertinet ad protectionem et ornatum, quod significatur in ablatione foliorum; secundo eius quod pertinet ad fructum, ibi *uelut ortus*, qui sine aqua sterilis : e contra dicitur de uiro iusto, Ps. « Erit tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum ».

Et erit. Hic aufert eis euasionis spem; et ponit tria. Primo aufert ab eis proprie fortitudinis firmamentum, unde dicit *erit fortitudo tua ut fauilla stupe*, que cito consumitur, Eccli. XXI[10] « Stupa collecta synagoga peccantium ». Secundo ydolorum auxilium, dicens *opus uestrum*, scilicet ydolorum, quod manus uestre operate sunt, *quasi scintilla* que nullius momenti est, Deut. XXXII[37] « Vbi sunt dii eorum, in quibus habebant fiduciam? » ; et tamen comburitur, unde sequitur *et succendetur*, infra L[11] « Ambulate in lumine ignis uestri ». Tertio hominum succursum : *et non erit qui extinguat*, Ez. XIX « Non extinguetur flamma succensionis, et comburetur in ea omnis facies ab austro usque ad aquilonem, et uidebit omnis caro ».

841 pertinet *om.* Bo Sv 843 uelud F π 844 sterilis *om.* Bo π 854 XXXII] XXII π 35 F Sv 859 XIX] XXI F

845 Ps. 1[3]. 849 tua : « uestra » Ω. 859 Rectius Ez. XX[47-48]. 861 omnis : « uniuersa » Ω.

CAPITVLVM II

[1] Verbum quod uidit Ysaias filius Amos super Iudam et Ierusalem. [2] Et erit in nouissimis diebus preparatus mons domus Domini in uertice montium, et eleuabitur super colles. Et fluent ad eum omnes gentes, [3] et ibunt populi multi et dicent : Venite,

Verbum quod etc. Hic incipit increpare culpam eorum ex parte conuersionis. Et diuiditur in partes tres : in prima arguit eos pro culpa quam committebant in cultura ydolorum ; in secunda pro illa quam committebant in oppressione hominum, III cap. *Ecce enim* ; in tertia pro culpa quam committebant in abusu rerum, cap. V *Cantabo dilecto meo*. Prima diuiditur in duas : in titulum et tractatum, secunda ibi *Et erit*. Et ponit hic *Verbum* in principio capituli, quia specialiter de incarnato Verbo prophetia est, Amos III[7] « Non faciet Dominus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas ».

Et erit. Hic exequitur intentum. Et diuiditur in partes tres : in prima promittit salutis remedium ne grauitate sequentis culpe in desperationem inducat ; in secunda ostendit culpe reatum, ibi *Proiecisti* ; in tertia comminatur pene flagellum, ibi *Ne ergo dimittas*. Circa primum tria ponuntur : primo salutis preparatio ; secundo gentium conuersio, ibi *Et fluent* ; tertio Iudeorum in fine uocatio, ibi *Domus Iacob*.

Circa primum tria ponuntur. <Primo> salutis tempus, unde dicit *Et erit*. Et copulat ad precedentem prophetiam ; uel ad illud quod a Domino audiuit, sicut dicit Gregorius super principium Ezechielis ; *in nouissimis diebus*, id est in tempore gratie, quod dicitur nouissimum quia non succedet alia religionis obseruatio, Matth. ult. « Ecce ego uobiscum sum usque ad consummationem seculi », Gen. penult. siue XLIX[1] « Congregamini, filii Israel, ut annuntiem uobis que uentura sunt uobis in nouissimis diebus ».

Sed uidetur quod a principio humani generis debuerit ista salus preparari que est per incarnationem Filii Dei : quia quanto morbo per medicinam citius subuenitur, facilius curatur. — Ad quod dicendum quod medicina debet offerri secundum condicionem morbi. Et quia peccatum hominis fuit per superbiam, qua precepta Dei contempsit, oportuit quod ad salutis medicinam percipiendam prepararetur per humilitatem, ut cognosceret infirmitatem suarum uirium : quia nec in lege naturali nec in lege scripta adiutus poterat sibi prouidere ; et sic tanto humilius et ardentius medicinam quereret, quanto in se auxilium sibi non inueniebat.

Secundo saluantis uirtus, cum dicitur *mons domus Domini*, in quo domus Domini est fundata, Ez. XV « Dimisit me super montem excelsum ». Tertio saluantis gradus : *in uertice montium*, id est maiorum, *et eleuabitur super colles*, id est minores principes, infra LII[13] « Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur et eleuabitur, et sublimis erit ualde ».

Et fluent ad eum. Hic ponitur gentium conuersio. Et circa hoc tria ponit : primo ipsam conuersionem ; secundo declarat conuersionis ordinem, ibi *Et ibunt populi* ; tertio promittit conuersis pacem, ibi *Et iudicabit gentes*. Dicit ergo quantum ad primum *Et fluent*, in quo notatur multitudo et festinantia, *omnes gentes*, id est de gentibus omnibus aliqui, Ier. XXXI[9] « Adducam eos per torrentem aquarum in uia recta, et non impingent in ea ».

Ordo conuersionis fuit quod per uocationem eorum qui ex Iudeis gentes conuerse sunt. Et ideo tria circa secundum ponit : primo uocantes, secundo uocationem, ibi *Venite*, tertio ordinis rationem, ibi *quia de Syon*. Dicit ergo *populi*, id est qui ex Iudeis, *multi*, non omnes : in quo notatur paucitas Iudeorum conuersorum respectu multitudinis gentium ; *ibunt*, passibus fidei credentes, *et dicent*, II Cor. IV[13] « Et nos credimus, propter quod et loquimur ».

Venite. Hic ponitur uocatio. Vocantur autem

1 etc. *om.* Bo π 10 hic] hoc F *dub.* Bo 13 seruos suos *scripsi.*] seruos Bo Sv suos π *dub.* F 23 <Primo> *suppl.*] *om. codd.* 28 quod dicitur *om.* Sv 31 penult. siue XLIX *coni. cum* Sv] ultimo Bo F ultimo uel xlix π 35 debuerit] debuit Sv π 38 dicendum] est *add.* Sv 42 prepararetur] preparatur F 44 adiutus] aduictus Bo adductus Sv *dub.* π 45 prouidere] preuidere Bo F 49 in quo] id est *praem.* F 59 iudicabit] -bunt Bo F 74 Vocantur *coni.*] uocant *codd.*

2 conuersionis : cf. cap. 1, 178. 18 Vers. 6. 19 Vers. 9. 22 Vers. 5. 26 *In Ez.* I hom. 2 (PL 76, 796 A-B ; CCL 142, 17) ; cf. Hugo de S. Charo *Super Ez.* 1[1]. 29 Matth. XXVIII[20]. 50 Rectius Ez. XL[2].

ascendamus ad montem Domini et ad domum Dei Iacob, et docebit nos uias suas, et ambulabimus in semitis eius, quia de Syon exibit lex et uerbum Domini de Ierusalem. [4] Et iudicabit gentes et arguet populos multos ; et conflabunt gladios suos in uomeres et lanceas suas in falces ; non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad prelium. [5] Domus Iacob uenite et ambulemus in lumine Domini Dei nostri. [6] Proiecisti enim populum tuum, domum Iacob, quia repleti sunt ut olim ; et augures habuerunt ut Phylistiim,

ad tria. Ad fidei eminentiam, unde dicunt *Venite*, per consensum, *ascendamus* per fidem *in montem Domini*, id est in Christum, *et ad domum Dei Iacob*, id est Ecclesiam, Ier. XXXI[6] « Surgite et ascendamus in Syon ad Dominum Deum nostrum, quia hec dicit Dominus : Exultate in letitia Iacob », Hebr. XII[22] « Ascensus ad montem Syon » etc. Secundo ad doctrinam, cum dicit *docebit nos uias suas*, id est precepta quibus ad ipsum itur, Cant. VIII[2] « Ibi me docebis, et dabo tibi poculum ex uino condito et mustum malorum granatorum meorum ». Tertio ad obedientiam : *et ambulabimus*, post eum, *in semitis eius* consiliorum, Ier. VI[16] « Interrogate de semitis antiquis que sit uia bona, et ambulate in ea ».

Quia de Syon. Hic ponit ordinis rationem, dicens *quia de Syon*, non de monte Sina, *exibit lex*, spiritualiter intellecta, *et uerbum Domini*, id est euangelium, *de Ierusalem*, propter contemplationem pacis, « Salus enim ex Iudeis est », Io. IV[22], et infra XXIX « Qui egrediuntur impetu a Iacob, florebit et germinabit Israel ».

Et iudicabit. Hic promittit conuersis pacem. Et circa hoc tria facit : primo ponit pacis effectiuum ; secundo pacis signum : *et conflabunt gladios* ; tertio pacis fructum : *non leuabit gens*. Effectiuum pacis est regis iudicium, et ideo primo dicit *iudicabit gentes*, dando eis iura, *et arguet populos*, corrigendo peccata, infra XI[4] « Iudicabit in iustitia pauperes, et arguet in equitate pro mansuetis terre ». Signum pacis est quod instrumenta belli uertuntur in cultum agri, unde dicit *et conflabunt gladios suos in uomeres*, Ps. « Arcum conteret et confringet arma ». Fructus pacis est in amotione hostium, unde dicit *non leuabit gens contra gentem gladium*, infra XXVI[3] « Vetus error abiit, seruabis pacem, pacem quia in te sperauimus ».

Sed contra : quia postea fuerunt multa bella. — Glosa respondet quia non fuerunt tam magna sicut ante ; unde in tempore antichristi, quamuis sit futura maxima sanctorum persecutio, tamen habebunt pacem magnam ad invicem, sicut fuit tempore Diocletiani. Vel melius dicendum quod referatur ad pacem factam per Christum, que complebitur in futuro.

Domus Iacob. Hic ponitur uocatio Iudeorum post conuersionem gentium factam : uel ex persona prophete, uel ex persona gentilium, ut sint in cauda qui fuerunt in capite, Ro. XI[25-26] « Cecitas ex parte contigit donec plenitudo gentium subintraret, et sic omnis Israel saluus fieret ». *Ambulemus*, simul et concorditer, ut sit unum ouile, Io. X[16] « Et fiet unum ouile et unus pastor » ; *in lumine*, Io. XII[35] « Ambulate dum lucem habetis ».

Proiecisti enim. Hic ostendit eorum reatum. Et primo in generali, secundo in speciali : *et augures habuerunt*. Circa primum duo facit. Primo ostendit eorum a Deo elongationem, cum dicit *Proiecisti enim*, et, ut continuat Glosa, merito uocandi sunt quia proiecisti ; Ier. XXII[28] « Quare abiecti sunt ipse et semen eius, et proiecti in terram quam ignorauerunt ». Secundo ponit elongationis rationem, *quia* scilicet *repleti sunt* iniquitate, *ut olim*, in Egypto, Ier. XXIII[10] « Adulteriis repleta est terra ». Non enim est causa elongationis a Deo nisi peccatum ; unde infra LIX[2] « Peccata uestra diuiserunt inter uos et Deum ».

Et augures. Hic ponit eorum culpam in speciali, et precipue circa ydolatriam, quam arguit in eis tripliciter. Primo quantum ad gentilem conuersationem ; secundo quantum ad ydolatrie occa-

75 dicunt] dicit Bo π 77 in *om.* Sv 81 Hebr.... etc. F] *om. cet.* 93 contemplationem] completionem Sv 98 effectiuum Bo] effectum *cet.* 100-107 tertio...gladios *hom. om.* π 111 pacem[2] *om.* F π 116 maxima sanctorum] magna Bo π 117 magnam *ante* habebunt F 125 contigit] -ingit F Sv 128 Io....ouile *hom. om.* F 133 facit] ponit Sv 134 ostendit *om.* Sv 138 ponit *om.* Sv 143 peccata uestra pBo F Sv] iniquitates uestre *marg.* sBo et iniquitates uestre *add.* π

81 Ascensus... : « accessistis ad syon montem » Ω. 87 post eum : « postea » Hier. (45 A ; 29) et expositores. 93 propter contemplationem pacis : cf. *Glossa interlin.* 95 XXIX : rectius XXVII[6]. 107 Ps. XLV[10]. 114 *Glossa interlin.*, cf. Haymo hic (731 A). 115 tempore antichristi... : cf. Hugo. 124 cauda...capite : cf. Deut. XXVIII[43-44]. 126 subintraret : cf. supra cap.1, 161 in nota. 135 *Glossa interlin.* « et merito proiecisti quia... », *Glossa marg.* « quasi : et ideo hortandi quia proiecisti ». 143 Peccata uestra : « Iniquitates uestre » Ω ; cf. infra cap. 59, 17.

et pueris alienis adheserunt; [7] repleta est terra argento et auro, et non est finis thesaurorum eius; [8] et repleta est terra eius equis et innumerabiles quadrige eius; et repleta est terra eius ydolis : opus manuum suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum; [9] et incuruauit se homo, et humiliatus est uir.

sionem, ibi *repleta est terra*; tertio quantum ad cultus obseruationem, ibi *et repleta est terra*.

Gentilem conuersationem reprehendit in eis in duobus. Primo quantum ad diuinos et augures quos habebant : unde dicit *augures*, id est pronosticantes de futuris ex uoce et garritu auium, *habuerunt ut Philistiim*, in quibus maxime hec superstitio uigebat, contra id quod precipitur Deut. XVIII[9] « Caue ne imitari uelis abhominationes gentium illarum », et infra statim « Non inueniatur in te qui ariolos sciscitetur et obseruet sompnia atque auguria ».

Sed uidetur quod augurium non sit peccatum. Aues enim meliorem extimationem habent quam pisces qui sunt magis aquosi; sed marinarii ex motu quorundam piscium accipiunt coniecturas de tempestate futura : ergo etiam per aues potest aliquid pronosticari de futuris. — Et dicendum quod Deus preuidit unicuique rei ea quibus possit conseruari in esse, secundum sue nature capacitatem; et ideo homini dedit rationem per quam conferendo potest sibi adinuenire remedia contra nociua. Et quia in brutis deficit ratio, ordinauit ut quod ex ratione deficit natura suppleret; et ideo talibus data sunt arma et operimenta naturaliter, que homo per artem sibi acquirit. Similiter etiam creata est eis quedam uis naturalis extimationis, impellens ea ad operandum opera sue speciei : unde potius aguntur quam agant, ut dicit Damascenus; et cum natura inferior reguletur per naturam superiorem et moueatur, relinquntur in ipsis impressiones superiorum motuum fricantium huiusmodi motum per quem mouentur ad prouidendum sibi in necessariis. Et in talibus accipere coniecturam ab auibus uel auium motibus uel aliorum animalium non est peccatum, sed tantum de hiis que habent causam ex libero arbitrio, quod non operatur necessitate stellarum.

Secundo, quantum ad passiones innaturales in quibus subiacebant : unde dicit *pueris alienis*, id est alienigenis, uel a Deo alienis, *adheserunt*, per turpem abusum, Ro. I[27] « Masculi in masculos turpitudinem operantes »; II Mach. IV[13] dicitur de hoc uitio « Erat autem hoc et incrementum quoddam et profectus gentilis et alienigene conuersationis, propter impii et non sacerdotis Iasonis nefarium et inauditum scelus ».

Repleta est. Hic ponit ydolatrie occasionem, que est auaritia uel similitudo, Eph. V[5] « Aut auaritia que est ydolorum seruitus ». Primo ergo ostendit auaritiam eorum quantum ad multiplicationem rerum que pertinent ad necessitatem uictus, cum dicit *repleta est terra*, in quo notatur habundantia rerum; *et non est finis*, in quo notatur insatiabilitas auari, qui non implebitur pecunia; Eccl. V[9] « Auarus non implebitur pecunia, et qui amat diuitias fructum non capiet ex eis », et Osee II[8] « Dedi eis frumentum, uinum et oleum et argentum, et multiplicaui eis, et aurum que fecerunt Baalim ». Secundo quantum ad res que pertinent ad portantis usum, cum dicit *repleta*, Ps. « Hii in curribus et hii in equis, nos autem » etc.

Et repleta est. Hic arguit in eis ydolatrie cultum, et aggrauat hoc ex tribus. Primo ex multitudine, cum dicit *et repleta est*; Osee VIII[11] « Multiplicauit Ephraym altaria ad peccandum », Ier. II[20] « Sub omni ligno frondoso et in omni colle sublimi tu prosternabaris meretrix ». Secundo ex ydolorum uilitate, quia *opus manuum suarum*, et adhuc plus : *quod fecerunt digiti eorum*, Ps. « Simulacra gentium argentum et aurum, opera manuum hominum ». Tertio ex hominis dignitate, et ideo dicit *homo*, qui ad ymaginem Dei factus est, *inclinauit se*, supponendo se ydolis; *uir*, qui uirtuosus uidebatur quantum ad acquisita, *humiliatus est*, Ps. « Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis », infra XLIV[17] « Curuatus est ante illud et adorat et dicit : Libera me ».

165 pronosticari Bo F[1]] prenosticari *cet.* futuris] -ro F Et *om.* Sv 166 preuidit] *sic codd.* (*cf. Forcellini s. h. verbo)* 169 sibi potest conferendo F 174 etiam *om.* Bo π 179 relinquntur] -entur Sv -itur F in *om.* Sv 180 fricantium] causantium F 182 auibus uel *om.* Sv 183 auium...aliorum] motibus π 187 in *om.* Sv 196-201 Hic...repleta est *hom. om.* π 197 v *om.* F Sv (*def.* π) 198 que] quod Sv 207 eis *coni.*] eos *codd.* 208 Baalim] balim F baal Sv 210 etc. *om.* Bo F 213 VIII π] vii *cet.* 214 altaria] in *praem.* F π 219 hominum *cum Vulg.* Sv] suarum *cet.* 222 se *om.* F

148 Vers. 7. 149 Vers 8. 157 infra : Deut. XVIII[10]. 160 Sed uidetur... : cf. *Contra Gent.* III c.154, *II-II* q.95 a.7. 177 *De fide ortbod.* II c.27 (PG 94, 960; ed. Buytaert, cap.41, 20). 189 uel... : cf. *Glossa interlin.* « a deo recedendo ». 197 auaritia que est... : sic *Glossa marg.*; « auarus, quod est... » Ω. 209 Ps. XIX[9]. 214 Ier. II[20] : cf. supra cap.1, 703 in nota; « ...prosternebaris » Ω. 218 Ps. CXIII[4]. 221 ad ymaginem... : Gen. IX[6]. 223 Ps. XLVIII[13].

Ne ergo dimittas eis. [10] Ingredere in petram, abscondere in fossa humo a facie timoris Domini et a gloria maiestatis eius. [11] Oculi sublimis hominis humiliati sunt, et incuruabitur altitudo uirorum; exaltabitur autem Dominus solus in die illa. [12] Quia dies Domini exercituum super omnem superbum et excelsum et super omnem arrogantem,

Ne ergo dimittas. Hic comminatur eis penam. Et diuiditur in duas partes : in prima ostendit eis imminere periculum ; in secunda concludit euasionis remedium, ibi *Quiescite ergo.* Ostendit autem eis imminere periculum, remouendo tria : primo presumptionem de diuina misericordia ; secundo confidentiam de propria potentia, ibi *Oculi sublimes* ; tertio remedium quod relinquebatur in aliorum fiducia, ibi *In die illa proiciet homo ydola.* Et quia diuina misericordia mensuram non habet, sed semper « superexaltat iudicium », lac. II[13], ideo non remouet eam predicendo ut defecturam, sed imprecando ut iustam. Duo ergo facit. Primo ponit imprecationem dicens : Ex quo tam turpia mala faciunt, ergo *ne dimittas eis*, quasi dicat : iustum esset ut in nullo eorum misereris, Ier. V[9] « Numquid super hiis non iudicabo, dicit Dominus, et super gentem huiusmodi non ulciscetur anima mea? ».

Secundo yronice ponit consilium ad euasionem, dicens *Ingredere*, quasi dicat : ex quo ipse non dimittit, restat ut abscondatis uos a facie eius. *Ingredere in petram*, ad litteram : in fixuras petrarum ad ibi manendum ; *abscondere fossa humo*, id est in cauernis terre, *a facie timoris Domini*, id est a facie illorum per quos Deus se probat timendum et glorificandum, Ier. XVIII « Relinquite ciuitates » ; sed hoc non ualebit eis, unde in Ps. « Quo ibo a spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam? ».

Bernardus exponit de Christo. « Petra enim erat Christus », I ad Cor. X[4] ; in ipso est intrandum per deuotionis affectum. Dicit ergo « Ego fidenter quod michi deest usurpo de uisceribus Ihesu Christi. Viscera enim misericordie affluxerunt, nec desunt foramina per que effluat : foderunt enim manus eius, et pedes eius perforauerunt » ; Cant. II[13] « Surge, propera, amica mea, et ueni in foraminibus petre ».

Oculi sublimes. Hic remouet ab eis confidentiam de propria potentia, et circa hoc duo facit : primo excludit potentiam resistendi ; secundo repellit cautelam latendi, ibi *Et introibunt.* Circa primum tria facit : primo ponit intentum ; secundo explicat modum, ibi *Quia dies ;* tertio concludit propositum : *Et incuruabitur.* Ponit autem duo ad excludendam potentiam resistendi. Primum, ipsorum depressionem tum quantum ad superbiam cordis, cum dicit *Oculi*, id est superbia, *sublimis*, id est hominis potentis, *humiliati*, id est humiliabuntur : preteritum pro futuro propter certitudinem prophetie, Prou. XXX[13] « Generatio cuius oculi excelsi sunt et palpebre in alta surrecte », Iob XL[7] « Respiciet cunctos superbos, et confundet eos, et conteret impios de loco suo ». Tum etiam quantum ad nobilitatem generis, unde dicit *altitudo uirorum*, id est nobilitas generis, Amos II[9] « Ego exterminaui Amorreum a facie eorum, cuius altitudo cedrorum altitudo eius ». Secundo ponit punientis exaltationem : *exaltabitur*, id est altus apparebit in punitione qui infirmus uidebatur in expectatione, Ps. « Cognoscetur Dominus iudicia faciens », infra V[16] « Exaltabitur Dominus exercituum in iudicio ».

Quia dies Domini. Hic ponitur modus expletionis predictorum. Et primo quantum ad depressionem hominum ; secundo quantum ad subtractionem rerum, ibi *et super omnes*. Dicit ergo primo : ideo erit hoc quod dictum est, *quia dies Domini*, id est ultionis tempus, infra LXIII[4] « Dies ultionis in corde meo, annus retributionis mee uenit » ; *exercituum*, ut non dubitetur de uictoria eius cui tanta subest obsequentium multitudo ; ueniet quasi graue pondus ad comprimendum *super omnem superbum et excelsum*, id est super eum qui de magnis que habet extollitur ; *et super omnem arrogantem*, qui eleuatur de eo quod non habet, Gregorius : Arrogans est qui sibi tribuit quod non habet ; Prou. VIII[13] « Arrogantiam et super-

239 defecturam] -ura Bo π (-F[1]) 242 ne...cis] non dimittas Sv 243 misereris Bo] misereris *cet.* 244 iudicabo] uindicabo Sv 259 fidenter F] *om. cet.* 261 misericordie] -dia Sv 262 per que effluat] que effluant Bo π 268 repellit] repetit F Sv 270 ponit] proponit Sv 272 Et] ibi Sv ponit] proponit Sv 273 potentiam] confidentiam Sv Primum] primo Sv 280 Respiciet] -cit F -ciat π -ice *cum Vulg.* Sv 280 confundet...conteret] confunde...contere Sv 284 Amorreum] amorem F π *dub.* Sv 286 ponit] proponit Sv exaltabitur] et *praem.* F 291 expletionis] completionis F 302 de magnis] magis *praem.* Bo π 304 Gregorius...habet *hom. om.* F 304 Gregorius] b<etnardus> π (*def.* F) 305 Arrogantiam et superbiam] -tia et -bia Bo π

231 Vers. 22. 234 Vers. 11. 236 Vers. 20. 250 in fixuras petrarum : Is. II[21]. 254 Rectius Ier. XLVIII[28]. 255 Ps. CXXXVIII[7]. 257 *In Cant.* sermo 61 n. 3 (PL 183, 1071 D). 259-263 ibid. n.4 (1072 C). 269 Vers. 19. 271 Vers. 12. 272 Vers. 17. 288 Ps. IX[17]. 297 retributionis : cf. supra cap.1, 753 in nota. 304 *Moral.* XXIII c.6 (PL 76, 258 C) ad sensum.

et humiliabitur; [13] et super omnes cedros Libani sublimes et erectas et super omnes quercus Basan, [14] et super omnes montes excelsos et super omnes colles eleuatos, [15] et super omnem turrem excelsam et super omnem murum munitum, [16] et super omnes naues Tharsis, et super omne quod uisu pulchrum est. [17] Et incuruabitur omnis sublimitas hominum, et humiliabitur altitudo uirorum, et eleuabitur Dominus solus in die illa, [18] et ydola penitus conterentur. [19] Et introibunt in speluncas petrarum et in uoragines terre a facie formidinis Domini et a gloria maiestatis eius cum surrexerit percutere terram. [20] In die illa proiciet homo ydola argenti sui et simulachra auri sui que fecerat sibi ut adoraret talpas et uespertiliones; [21] et ingredietur fissuras petrarum et cauernas saxorum a facie formidinis Domini et a gloria maiestatis eius et cum surrexerit percutere terram. [22] Quiescite ergo ab homine cuius spiritus in naribus eius, quia excelsus reputatus est ipse.

biam et uiam prauam et os bilingue detestor ». *Et humiliabitur*, Luce XIV[11] « Qui se exaltat humiliabitur ».

Et super omnes cedros. Hic ponit subtractionem rerum que faciunt ad defensionem. Et primo quantum ad ea que pertinent ad preparationem machinarum : uel propter altitudinem, et sic dicit *super omnes cedros*; uel fortitudinem, et sic dicit *super omnem quercum*, Zach. XI[1] « Aperi Libane portas tuas, ut comedat ignis cedros tuas », et infra « Vlulate quercus Basan, quia succisus est saltus munitus ». Secundo quantum ad ea que pertinent ad munitionem locorum, aut a natura : *Et super omnes montes excelsos*, Ez. VI[3] « Hec dicit Dominus Deus montibus et collibus, rupibus et uallibus »; aut ab arte : *Et super omnem turrim excelsam*, Soph. I[16-17] « Dies tube et clangoris super ciuitates munitas et super angulos excelsos, et tribulabo homines ». Tertio quantum ad ea que pertinent ad habundantiam uictualium : et sic dicit *Super omnes naues*, in quibus deferuntur, *Tharsis*, id est maris, infra XXIII[1] « Vlulate naues maris, quia uastata est domus unde uenire consueuerant ». *Et super omne quod uisu pulcrum est* : hoc pertinet ad hostium implacationem uel augmentationem pugnantium, Iudit X[18] « Quis contempnat populum Hebreorum, qui tam decoras habet mulieres? ».

Et incuruabitur. Hic quasi concludit propositum; et est omnino idem quod prius dictum est, nisi quod additur de destructione ydolorum, ut ostendatur ipse solus excelsus, cum dicit *et ydola*, Ez. VI[6] « Confringentur et cessabunt ydola uestra, et conterentur delubra uestra ».

Et introibunt in speluncas. Hic ponitur cautela latendi; et est idem quod prius, nisi quod hic predicitur quasi futurum, quia etiam potentiam deiciendam predicendo et non imprecando exposuerat, Ps. « Introibunt in inferiora terre, tradentur in manus gladii, partes uulpium erunt ».

In die illa. Hic remouet tertium, scilicet ydolorum fiduciam, et primo remouet auxilium; *ut adoraret*, Ez. VIII[10] « Et ingressus uidi, et ecce omnis similitudo reptilium, et animalium abhominatio, et uniuersa ydola domus Israel depicta », infra XXXI[7] « In die illa abiciet uir ydola argenti sui, et ydola que fecerunt manus eius in peccatum ». Secundo replicat latendi subsidium, ibi *et ingredietur*, Apoc. VI[15] « Omnis seruus et liber absconderunt se in speluncis et petris montium ».

Quiescite ergo. Hic ponit sanum consilium ad euadendum : ergo ex quo omnia ista non ualebunt uobis, *quiescite ab homine*, id est cessate ab offensa ipsius, scilicet Christi, *cuius spiritus in naribus eius*, id est qui spirat naribus et uiuit sicut alii homines, quantum ad humanitatem; *quia excelsus reputatus est ipse*, quantum ad diuinitatem, a sanctis et ab angelis, Ps. « Excelsus super omnes gentes Dominus, et super omnes celos gloria eius ».

Vel aliter : loquitur de Deo ad similitudinem hominis per figuram antropospatos : *ab homine*, id est Deo, *cuius spiritus in naribus*; loquitur ad similitudinem irati, qui propter multiplicationem spirituum exsufflat per nares, unde dicit Homerus quod fortes austeram uirtutem per singulas nares exsufflabant; Ps. « Ab inspiratione spiritus ire tue », infra XXX[27] « Ardens furor eius, et grauis ad portandum », et iterum « Spiritus uelut torrens inundans usque ad medium colli, ad perdendas gentes in nichilum ». Et hoc refertur ad primum, in quo remouit presumptionem de misericordia Dei. *Quia excelsus ipse*, discretiue, quasi solus, contra secundum.

311 pertinent *coni. cum* F] faciunt Sv faciunt quantum Bo π 315 tuas] tuos F π 317 munitus F] minutus Bo Sv minatus π 317 quantum] quod Bo π(-F[1]V) 323 angulos] angelos F Sv 332 contempnat] -nit Bo π 334 quasi *om.* Sv π 344 tradentur... erunt] etc. π 346 tertium] et *praem.* Sv 357 ex quo] postquam Sv 364 omnes *cum Vulg. om.* F 373 uelud F π

316 infra : Zach. XI[2]. 335 prius : vers. 11. 341 prius : vers. 10. 344 Ps. LXII[10-11]. 352 ydola que...eius : « ydola auri sui que fecerunt uobis manus uestre » Ω. 353 replicat : cf. vers. 10 et 19. 360 qui spirat... : *Glossa marg.* ex Hier. (56 C; 41). 363 Ps. CXII[4]. 365 Vel aliter... : cf. Albertus hic (ed. Col. p. 47, 71). 369 Homerus : sec. Arist. *Ethic.* III 17 (1116 b 28) et Albertum hic (47, 93). 371 Ps. XVII[16]. 373 iterum : Is. XXX[28].

CAPITVLVM III

[1] Ecce enim dominator Dominus exercituum auferet ab Ierusalem et ab Iuda ualidum et fortem, omne robur panis et omne robur aque, [2] et fortem et uirum bellatorem, iudicem et prophetam et ariolum et senem, [3] principem super quinquaginta et honorabilem uultu et consiliarium et sapientem de architectis et prudentem eloquii mistici.

Ecce enim dominator. Hic incipit secunda pars in qua arguit peccatum eorum quantum ad oppressionem proximorum. Et diuiditur in partes duas : in prima ponitur opprimentium confutatio, in secunda oppressorum consolatio, IV cap. *Et apprehendent.* Et quia uiolentum dominium non solum est culpa hominis sed etiam pena Dei iudicantis peccata populi, sicut dicitur Iob XXXIV[30] « Qui regnare facit ypocritam propter peccata populi », ideo prima pars diuiditur in partes duas : in prima enim predicitur secundum quod est pena a Deo inflicta ; in secunda arguitur secundum quod est culpa ab homine commissa, ibi *Populum meum.* Prima diuiditur in duas : in prima comminatur regiminis subuersionem ; in secunda assignat dicti rationem, ibi *Ruit enim.* Prima in tres : in prima subtrahuntur ad regiminis officium ydonei ; in secunda preficiuntur indigni, ibi *Et dabo pueros* ; in tertia refutantur uocati, ibi *Apprehendet uir.* Prima in duas : in prima subtrahit ydoneum ad regiminis officium ; in secunda utilem ad regentis auxilium, ibi *et consiliarium.* Prima in tres, secundum tria que requiruntur ad ydoneitatem prelatorum : primo enim aufert ydoneum quantum ad potestatem ; in secunda quantum ad sagacitatem, ibi *iudicem* ; in tertia quantum ad auctoritatem, ibi *senem.*

Potestas ad regenda bella populi requiritur in duce uel rege, et ad compescendum insolentias, Eccli. IX « Noli querere fieri iudex, nisi uirtute ualeas irrumpere iniquitates ». Que in tribus consistit, secundum que diuiditur prima pars in tres partes, scilicet in fortitudine corporis, que consistit in tribus, scilicet complexionis uigore, et quantum ad hoc dicit : moneo ut quiescatis, *enim,* id est quia, *ecce,* in proximo est, *auferet ualidum,* id est bene ualentem in complexionis sanitate ; in membrorum robore, et sic dicit *fortem,* quia fortitudo consistit in ossibus et neruis, ut dicit Philosophus ; iterum in cibi multitudine, et sic dicit *omne robur panis,* in quo omnis cibus et potus significatur, Eccli. XXIX[28] « Initium uite hominis aqua et panis et uestimentum ». Secundo consistit potestas dicta in constantia cordis, et sic dicit *fortem,* secundum quod uenit a fortitudine que est uirtus anime. Tertio consistit in exercitio bellice artis, et sic dicit *uirum bellatorem.*

Sapientia autem requiritur ad exercenda iudicia : propter quod petiit Salomon sapientiam a Deo, III Reg. III[9] « Dabis seruo tuo cor docile ut possit discernere inter bonum et malum ». Et hoc habetur tripliciter : uel humana institutione, et quantum ad hoc dicit *iudicem,* quasi iuris peritum ; uel diuina inspiratione, et quantum ad hoc dicit *prophetam* ; <uel> demonis reuelatione, et quantum ad hoc dicit *ariolum,* quia in aris demonum diuinabant et aliquando uera dicebant.

Auctoritas necessaria est ad reuerentiam, et hec consistit in tribus : in officii dignitate, et quantum ad hoc dicit *principem* etc., et per hos omnes alios principes intelligit, ut dicit Glosa ; in morum honestate : *senem* moribus ; in uultus maturitate : *honorabilem uultu.*

Utiles autem sunt aliqui principibus ad regimen populi, uel ad expediendum dubia negotia, et quantum ad hoc dicit *consiliarium* ; <uel> ad facienda edificia : *sapientem de architectis,* ab archos, quod est princeps, et tegni, quod est ars, et

1 dominator] etc. *add.* Sv incipit] ponitur F 3 partes duas *inv.* Sv 5 IV cap.] ibi Sv 6 apprehendent F] -derunt *cet.* 8 iudicantis] uindicantis Sv 9 ypocritam] hominem *praem.* F 13 Populum meum *scrips.* (*cf.lin.*234)] popule(-lus F) meus *codd.* 20 uir] etc. *add.* Sv 20 ydoneum] indignum Sv 22 et *om.* Sv 28 regenda] gerenda F 29 et *om.* Sv π insolentias Bo] insolertias *cet.* 34 consistit in] perficitur F 35 Moneo] ideo *praem.* F 43 et uestimentum *om.* F 44 dicta *om.* Bo π 54 uel *suppl.cum* sSv] *om. cet.* 55 prophetam...dicit *bom. om.* F <uel> *suppl.*] *om. codd.* (*def.* F) 56 quia] qui Sv 60 etc. *om.* Bo π hos] hoc uel per hos π 60 omnes *om.* Sv 66 <uel> *suppl.*] *om. codd.* 68 tegni (τέχνη) *coni.*] tegn̄ Sv regni F tecin *vel* tetin *cet.*

13 Vers. 12. 16 Vers. 8. 18 Vers. 4. 19 Vers. 6. 22 Vers. 3. 26 Vers. 2. 27 Vers. 2. 30 Rectius Eccli. VII[4]. 40 *Topic.* III c.1 (116 b 20). 57 aliquando uera... : *Glossa marg.* ut refert Thomas infra lin.511. 61 *Glossa marg.* 67 ab archos... : cf. Thomas *Super Metaph.* I 1 (981 a 30).

[4] Et dabo pueros principes eorum, et effeminati dominabuntur eis. [5] Et corruet populus, uir ad uirum, unusquisque ad proximum suum ; tumultuabitur puer contra senem et ignobilis contra nobilem. [6] Apprehendet enim uir fratrem suum domesticum patris sui et dicet : Vestimentum tibi est, princeps noster esto, ruina autem hec sub manu tua.

precipue mechanicarum. Architector dicitur principalis artifex, qui precipit artificibus inducere formam et preparare materiam secundum considerationem finis cuius scientiam habet in usu uel ratione.

Sapientia autem, secundum Philosophum, dicitur dupliciter, scilicet uniuersalis et particularis. Particularem diffiniens dicit quod est uirtus, id est per quam homo ponitur in ultimo cuiuscumque artis, ut medicine, et dicitur sapiens medicus qui est certissimus in hiis que sunt medicine ; et similiter sapiens faber, et sic de aliis. Et hoc modo sumitur hic. Uniuersalis sapientia est que est ultimum in omnibus artibus et scientiis, et ista est per quam homo ponitur in cognitione nobilissimarum rerum, substantiarum scilicet separatarum uel spiritualium ; et hec secundum Philosophum est metaphysica, et secundum nos theologia.

Tertio aliquis necessarius est ad instruendum diuina, et quantum ad hoc dicit *et prudentem eloquii mistici*, a mistin, quod est secretum, id est diuinorum uerborum que secreta sunt. Et de omnibus hiis habetur IV Reg. penult. quod translati sunt a Nabuchodonosor in Babiloniam : « Transtulit quoque Ioachim in Babilonem, et matrem regis et uxores regis et eunuchos et iudices terre duxit in captiuitatem ».

Et dabo pueros. Hic ostenditur subuersio regiminis quantum ad hoc quod preficiuntur indigni. Et diuiditur in duas : in prima ponitur indignorum prelatio ; in secunda consequens populi turbatio, ibi *Et corruet populus*. Sunt autem indigni quantum ad defectum sapientie et etatis, et sic dicit *dabo pueros* ; et quantum ad defectum uirtutis, et sic dicit *et effeminati*, id est lasciui et imbecilles, Osee XIII[11] « Dabo tibi reges in furore meo ».

Effectus autem regiminis in perturbatione populi tangitur triplex. Primo uniuersalis dissensio, unde dicit *corruet populus* ab unitate pacis per quam est populus, *uir ad uirum*, id est contra, Prou. XI[14] « Vbi non est gubernator, corruet populus », Zach. X[2] « Abducti sunt quasi grex, affligentur quia non est eis pastor ». Secundo amicitie dissolutio : *unusquisque ad proximum suum*, id est contra proximum suum, Ier. X « Omnis frater supplantans supplantabitur, et omnis amicus fraudulenter incedet ». Tertio ordinis confusio : *tumultuabitur puer contra senem*, Tren. IV[16] « Facies sacerdotum non erubuerunt, nec senum miserti sunt ».

Apprehendet. Hic ostendit subuersionem regiminis quantum ad hoc quod inuitati recusant <officium> quasi quoddam ruinosum. Et diuiditur in partes duas : in prima ponitur eligentium inuitatio ; in secunda electi recusatio, ibi *Et respondebit*. Circa primum tria ponuntur, scilicet ipsa electio, electionis occasio, officii iniunctio. Electio est inordinata, quia ab uno tantum ; unde dicit : inde erit tumultus *enim*, id est quia, non communiter eligent, sed *apprehendet uir fratrem suum*, coniunctum sanguine, *domesticum patris sui*, familiaritate acceptum quamuis etiam uilem, Mich. III[10] « Qui edificat Syon in sanguinibus et Ierusalem in iniquitate ». Et hoc est contra formam seruatam, Num. I, in electione principum facta precepto Domini, auctoritate prelati et consensu multitudinis. Sed occasio est uilis, quia propter diuitias, unde dicit *uestimentum tibi est*, sperat enim temporalem subuentionem ; et hoc est contra formam traditam Exo. XVIII[21-22] « Prouide de omni plebe uiros potentes et timentes Deum, in quibus sit ueritas, et qui oderint auaritiam ; et constitue ex eis tribunos et centuriones qui iudicent populum omni tempore ». Sed iniunctio periculosa, unde dicit *princeps esto noster*, *ruina autem hec*, id est periculum, *sub manu tua*, id est sub custodia tua et defensione tua, III Reg. XX[39] « Custodi uirum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius ».

69 mechanicarum] artium *add.* Sv 73 ratione] in *praem.* F 76 id est *om.* Sv 88 necessarius est *inv.* Sv 90 mistin] mystin Bo Sv 92 penult.] cap. *add.* Sv 115 amicus *coni. cum Clem.*] acutus *codd.* 122 <officium> *suppl.*] *om. codd.* 122 Et *om.* F Om 127 est *om.* F Sv 129 communiter *coni. cum* F] conuenienter *cet.* 135 precepto] -pta F π et...multitudinis *om.* Sv 137 tibi est *om.* F 142 centuriones] etc. *add.* Sv 146 et...tua *hom. om.* Sv

74 *Ethic.* VI 5 (1141 a 9). 85 Cf. *Metaph.* VI 1 (1026 a 16), et Thomas *Super Boet. De Trin.* q.5 a.4. 90 a mistin : cf. supra *Super Prol. Hier.*, 88. 92 IV Reg. XXIV[18]. 109 id est contra : *Glossa interlin.* 113 id est contra : *Glossa interlin.* 114 Rectius Ier. IX[4]. 128 non communiter... : *Glossa interlin.* 134 Cf. Deut. I[9-17].

7 Respondebit in die illa dicens : Non sum medicus, et in domo mea non est panis neque uestimentum; nolite constituere me principem populi. 8 Ruit enim Ierusalem et Iudas concidit, quia lingua eorum et adinuentiones eorum contra Dominum, ut prouocarent oculos maiestatis eius. 9 Agnitio uultus eorum respondebit eis, et peccatum suum quasi Sodoma predicauerunt nec absconderunt. Ve anime eorum, quoniam reddita sunt eis mala. 10 Dicite iusto quoniam bene, quoniam fructum adinuentionum suarum comedet.

Respondebit. Hic ponitur recusatio electi. Et primo ostenditur rationabilis excusatio, secundo concluditur officii refutatio, ibi *nolite*. In excusatione pretendit tria, scilicet impotentiam ad repellendum nociua : *Non sum medicus*, scilicet ut possim mederi miseriis uestris, Ier. VIII[22] « Numquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? » ; ad supplendum defectum : *et in domo mea non est panis*, quo suppleam defectum famis uestre, Tren. IV[4] « Paruuli petierunt panem, et non erat qui frangeret eis » ; ad fouendum uel conseruandum necessarium : *neque uestimentum*, quo conseruatur calor, Prou. ult. « Non timebit domui sue a frigoribus niuis ; omnes enim domestici eius uestiti duplicibus ».

Nolite me constituere principem populi. Hic concluditur officii refutatio, ubi ponitur triplex ratio, scilicet impedimentum deuote contemplationis, Iudicum IX[9] « Numquid possum deserere pinguedinem meam, qua dii utuntur et homines? » ; dulcis affectionis, infra « Numquid possum desererе dulcedinem meam? » ; spiritualis exultationis : « Numquid possum deserere uinum meum quod letificat Deum et homines, et inter cetera ligna promoueri? ».

Ruit enim Ierusalem. Hic ponit causam dicti, scilicet renuntiationis. Et primo ponit causam proximam, scilicet penam uniuersalis ruine ; unde dicitur ex persona prophete : ideo recusabit, *enim*, id est quia, *ruit Ierusalem*, id est ipsa ciuitas, *et Iudas*, id est ipsa prouincia, *concidit* per penam a sua integritate, infra XXIII[13] « In captiuitatem transduxerunt robustos eius, suffoderunt domos eius, posuerunt eam in ruinam ».

Secundo ponit causam remotam, scilicet culpam. Et diuiditur in partes tres : in prima aggrauat culpam, in secunda contra culpam ordinat penam, ibi *Ve anime eorum*, tertio ostendit punientis iustitiam, ibi *Dicite iusto*. Peccatum aggrauat ex tribus : ex peccati specie, quia blasphemia in Deum, unde dicit : ideo concidit *quia lingua eorum contra Dominum*, infra LVII[4] « Super quem lusistis, super quem dilatastis os et eiecistis linguam? ». Secundo ex peccati nouitate, unde dicit *adinventiones eorum contra Dominum*, Osee VII[2] « Nunc circumdederunt eos adinuentiones sue, coram facie mea facte sunt ». Tertio ex peccati publicatione, unde dicit *Agnitio uultus eorum*, et hoc quod peccatum suum a uultu agnitum aliis fecerunt, *respondebit eis* in penam quantum ad gestus ; et quantum ad peccati commendationem dicit *et peccatum suum quasi Sodoma predicauerunt*, id est laudauerunt, Ier. II « Frons meretricis facta est tibi et noluisti erubescere ».

Aliter exponitur in Glosa : *Agnitio uultus eorum*, id est cognitio suorum peccatorum quam in intellectu habebunt, quia in uultu sunt sensus ; *respondebit eis*, querentibus quare puniuntur. Vel aliter : *Agnitio uultus eorum*, id est remorsus conscientie, *respondebit eis* sicut pena. Et mistice hoc refertur ad peccatum quo Christum uidentes cognoscere noluerunt, de quo conscientia redarguet eos, secundum quod dicit Glosa. Et quia iustitia Dei non sinit tam grauia mala inulta, ideo *Ve anime eorum*, non solum corpori, *quoniam reddita sunt eis mala*, in Dei prescientia ; uel preteritum ponitur pro futuro.

Et ne putetur pena omnes inuoluere, subiungitur Dei iustitia in discretione bonorum a malis ; et circa hoc duo facit. Primo ponit remunerationem bonorum dicens *Dicite iusto*, cuicumque, *quoniam bene* erit ei cum alii dampnabuntur, *quoniam fructum*, id est mercedem, *adinuentionum suarum comedet*, quasi fructum capiens bonorum excogitatorum. Sicut enim mali sunt solliciti ad inueniendum modos quibus peccatur, ita et boni sunt solliciti ut adinueniant qualiter Deo placere

155 non[1] *om.* F π 167 Iudit...homines] *ante* ubi ponitur (165) *codd.* ; *hic tamen* numquid deserere possum etc. *repetit* F 174 Ierusalem] etc. *add.* Sv 179 Iudas] iuda F 189 dicit *om.* Sv 200 id est laudauerunt F] *om. cet.* 202 tibi] sibi Bo π 205 in uultu] uultus Bo π 215 ponitur *om.* Sv 220 bene F] *om. cet.*

154 mederi... : cf. *Glossa interlin.* et Hugo. 161 Prov. XXXI[21]. 169 infra : ibid. vers 11. 171-173 ibid. vers. 13. 178 ciuitas... prouincia : *Glossa interlin.* et Hugo. 186 Vers. 9. 187 Vers. 10. 201 Rectius Ier. III[3]. 203 *Glossa marg.* 206 Vel aliter... : cf. Hugo et Guerricus (ms. f.17 vb). 211 *Glossa interlin.* ex Haym. (739 A). 214 in Dei...pro futuro : cf. Hugo.

11 Ve impio in malum : retributio enim manuum eius fiet ei. 12 Populum meum exactores sui spoliauerunt, et mulieres dominate sunt eius. Populo meus, qui beatum te dicunt ipsi te decipiunt et uiam gressuum tuorum dissipant. 13 Stat ad iudicandum Dominus et stat ad iudicandos populos. 14 Dominus ad iudicium ueniet cum senibus populi sui et principibus eius. Vos enim depasti estis uineam meam, et rapina pauperis in domo uestra. 15 Quare atteritis populum meum et facies pauperum commolitis ? dicit Dominus Deus exercituum.

possint, I Cor. VII[32] « Qui sine uxore est, sollicitus est que Domini sunt, quomodo placeat Deo », Ps. « Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es et bene tibi erit ». Secundo ponit punitionem malorum, dicens *Ve impio in malum*, id est pro malo quod sibi imminet, *retributio manuum suarum*, Ps. « In operibus manuum suarum comprehensus est peccator ».

Populum meum. Hic arguitur oppressio populi secundum quod est peccatum hominis opprimentis, et diuiditur in partes duas : in prima ponitur oppressionis uitium, in secunda inducitur pene iudicium, ibi *Stat ad iudicandum Dominus.* Tripliciter autem quidam opprimebant populum. Opprimebant enim primo principes per uiolentiam rapiendo, et quantum ad hoc dicit *Populum meum exspoliauerunt* bonis suis, Ez. XXII[29] « Populum terre calumpniabantur calumpnia et rapiebant uiolenter, egenum et pauperem affligebant ». Secundo mulieres, protrahendo ad concupiscentiam et etiam ad ydolatriam, sicut de Salomone dicitur III Reg. III, et quantum ad hoc dicit *mulieres* eorum *dominate sunt eis*, Eccli. IX[2] « Ne des mulieri potestatem anime tue ne ingrediatur in uirtute tua ». Tertio prophete, decipiendo per astutiam adulationis, et quantum ad hoc dicit *Popule meus*, quasi : per prophetas consueueram uobis loqui, sed quia illi mendaces sunt, per me uobis loquar, ne uideatur non debere credi quod propheta contra prophetam. *Decipiunt*, promittendo securitatem ; *dissipant*, prebendo occasionem culpe, Mich. III[5] « Hec dicit Dominus super prophetas qui seducunt populum meum, qui mordent dentibus suis et predicant pacem », Ier. XIV[13] « Prophete dicunt eis : Non uidebitis gladium et fames non erit uobis, pacem ueram dabit uobis in loco isto ».

Stat ad iudicandum. Hic inducitur iudicium ad puniendum oppressores, et diuiditur in duas : in prima ponitur iudicium contra oppressores principes, in secunda contra mulieres, ibi *Et dixit Dominus.* Pseudoprophete ad spoliandum populum decipiebant, et ideo habent idem iudicium cum principibus, Ez. XIII[19] « Violabant me ad populum meum propter pugillum ordei et fragmen panis ». Circa primum tria facit. Primo inducitur iudex, unde dicit *Stat ad iudicandum*, Mich. IV[3] « Iudicabit populos multos », Dan. VII[10] « Iudicium sedit, et libri aperti sunt ». Secundo inducuntur rei, unde dicit *Dominus ad iudicandum ueniet cum senibus*, scilicet sacerdotibus, *et principibus*, regibus et ducibus, Ez. XXXIV[17] « Ego iudicabo inter pecus et pecus, et inter arietem et hircum ». Tertio ponitur causa : et primo inducitur accusatio actoris, cum dicit *Vos depasti estis*, Mich. IV « Comederunt carnes populi mei » ; secundo ponitur increpatio iudicis, cum dicit *Quare atteritis*, affligendo, *facies pauperum commolitis*, fame attenuando, Amos IV[1] « Calumpniam facitis egenis et confringetis pauperes ». Ipse enim idem Deus erit actor et iudex.

Notandum super illo uerbo *Dicite iusto quoniam fructum* etc. quod est fructus iusti : primo quem reddit, et hic sue operationis, Io. X « Eatis et fructum afferatis, et fructus uester maneat » ; sue predicationis, Hebr. ult. « Offeramus hostiam laudis Deo, id est fructum labiorum confitentium nomini eius » ; sue confessionis. Secundo quem percipit, et hic remissionis culpe, Ys. XXVII[9] « Dimittetur domui Iacob iniquitas, et iste omnis fructus ut auferatur peccatum eius » ; participationis gratie, Gal. V[22] « Fructus autem spiritus : caritas, gaudium » ; contemplationis sapientie, Prou. III[14] « Melior est acquisitio eius negotiatione auri et argenti, primi et purissimi fructus eius ». Tertio quem querit : in fruitione Dei, Cant. II[3] « Fructus eius dulcis gutturi meo » ; in societate celestis chori, Ez. XXXVI[8] « Montes

227 est *om.* F Sv 228 quia...erit] etc. π 236 partes *om.* Sv π 240 Opprimebant *post* primo Bo π enim *om.* Bo π 252 quasi] id est F 264 oppressores *om.* F 270 fragmen Sv] framentum Bo frumentum *cet.* 275 iudicandum] iud^{m} Sv 277 iudicabo] -ico Sv 283 fame F] *om.cet.* 286 erit actor *inv.* Sv 287-307 *Hanc collationem schematice praebet* Sv *in imo f.* 100 v (*cf. Praef.* § 32) 287 Notandum] Nota F 289 hic *coni.*] *fort.*hoc *codd.* 299 hic *coni.*] hoc *codd.*

228 Ps. CXXVII[2]. 232 Ps. IX[17]. 247 Rectius III Reg. XI[1-8]. 280 Rectius Mich. III[2]. 287 Cf. vers. 10. 289 Rectius Ioh. XV[16]. 291 Hebr. XIII[15].

[16] Et dixit Dominus : Pro eo quod eleuate sunt filie Syon et ambulauerunt collo extento et nutibus oculorum ibant et plaudebant, ambulabant et pedibus suis composito gradu incedebant, [17] decaluabit Dominus uerticem filiarum Syon et Dominus crinem earum nudabit. [18] In die illa auferet Dominus ornatum calciamentorum et lunulas [19] et torques et monilia et armillas et mitras

Israel ramos uestros germinetis, et fructum uestrum afferatis populo Israel » ; in perceptione diuini doni, Cant. IV[13] « Emissiones tue paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus ».

Et dixit Dominus : Pro eo. Hic ponitur diuinum iudicium contra mulieres. Et primo aperitur culpa, secundo predicitur pena, ibi *Decaluabit*. Prima diuiditur in duas : in prima arguit eas de superbia, in secunda de lasciuia, ibi *et nutibus*. Circa primum duo facit. In prima arguit superbiam in corde, cum dicit *Pro eo quod eleuate* in superbiam, Ps. « Domine, non est exaltatum cor meum ». Secundo arguit superbie signum in corpore : *ambulauerunt extento collo*, quod signum superbie est, Iob XV[26] « Cucurrit aduersus eum erecto collo, et pingui ceruice armatus est ».

Et nutibus. Hic arguit lasciuiam earum in quatuor quibus homines ad concupiscentiam prouocabant. Primo in ipso uisu, unde dicit *et nutibus*, Prou. VI[25] « Non concupiscat pulcritudinem eius cor tuum, ne capiaris nutibus eius ». Secundo lusu : *et plaudebant*, Glosa : ludendo, Eccli. IX[4] « Cum saltatrice ne assiduus sis, ne forte pereas in efficacia illius ». Tertio incessu : *et ambulabant*, Prou. VII[10-11] « Garrula, uaga, quietis impatiens, nec ualent in domo consistere pedes eius ». Quarto lasciuo ornatu : *composito gradu*, Glosa « Ornate de rapina pauperum » ; Prou. III « Ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio preparata ad capiendas animas ».

Decaluabit. Hic comminatur penam : et primo quantum ad ablationem ornamentorum, secundo quantum ad solatium uirorum, ibi *Pulcerrimi quoque uiri*. Circa primum duo facit. Primo aufert ab eis ornamenta que sunt signa inepte letitie et lasciuie ; in secunda recompensat signa tristitie et miserie, ibi *Et erit pro suaui*. Circa primum duo facit : primo aufert ab eis ornatum naturalem capillorum ; secundo artificialem, ibi *In die illa*. Dicit ergo primo *Decaluabit*, quantum ad capillos ueros, infra XV[2] « In cunctis capitibus eius erit caluitium » ; *nudabit*, quantum ad capillos adulteros, qui sunt sicut indumenta, Deut. XXXII[42] « De captiuitate nudati inimicorum capitis ».

In die illa. Hic aufert ab eis ornamenta artificialia : et primo ea que pertinent ad ornatum membrorum, secundo ea que pertinent ad cultum ornamentorum, ibi *et acus et specula*. Circa primum duo facit : primo aufert ea que pertinent ad ornatum partium ; secundo ea que pertinent ad ornatum totius, ibi *et mutatoria*. Circa primum duo facit : primo aufert que pertinent ad corporis membra ; secundo que specialiter ad sensus organa, ibi *et olfactoriola*. Circa primum duo facit : primo aufert ea que pertinent ad membra inferioris partis corporis ; secundo que specialiter ad membra capitis, ibi *et mitras*.

Dicit ergo primo quantum ad pedes *ornamenta calciamentorum* quecumque, et specialiter *lunulas*, quasdam picturas factas in calciamentis de corio deaurato, Cant. VII[1] « Quam pulcri sunt pedes tui in calciamentis, filia principis ! ». Secundo quantum ad collum : *torques*, quedam ornamenta colli usque ad pectus pendentia in honorem uictorie data, Prou. I[9] « Vt addatur gratia capiti tuo, et torques collo tuo ». Tertio quantum ad pectus dicit *monilia*, quelibet ornamenta, sed specialiter fibule quibus munitur pectus ne uestes aperiantur, Cant. VII[1] « Iunctura femorum tuorum sicut monilia que fabricata sunt manu artificis ». Quarto quantum ad brachia dicit *armillas*, ornamenta brachiorum ab armo dicta, Exo. XXXV[22,21] « Viri cum mulieribus prebuerunt armillas ad faciendum opus tabernaculi testimonii ».

Et mitras. Hic ponit ornamenta capitis ; et primo quantum ad uerticem : *mitras*, ornamenta capitis in modum corone, Iudit X[3] « Imposuit

308 dixit] erit Bo π eo] etc. *add.* Sv 309 aperitur] apponitur F 313 arguit superbiam] arguitur superbia Sv 314 eo quod F] quod pSv quo Bo π 316 arguit] -tur Sv 320 arguit lasciuiam] arguitur lasciuia Sv 327 ambulabant *cum* Ω *coni.*] ambulauerunt erecto collo *codd.* (*ex* 317). 329 ualent] ualens Bo ualeres F 331 Ecce] et *praem.* F 340 suaui] etc. *add.* Sv 345 caluitium] et omnis barba radetur etc. *add.* Sv 350 que *om.* Bo 351 specula *coni.*] specus *codd.* 353-355 ornatum...pertinent ad *hom. om.* π 355-358 corporis...pertinent ad *hom. om.* F 356 que] ea *praem.* Sv 358 membra *om.* Bo π 372 femorum F sSv] feminum *cet.*

310 Vers. 17. 315 Ps. CXXX[1]. 325 *Glossa interlin.* 330 *Glossa interlin.* 331 Rectius Prov. VII[10]. 351 Vers. 22-23. 354 Vers. 22. 357 Vers. 20. 360 Vers. 19. 364 pedes : « gressus » Ω. 366 ornamenta... : cf. *Glossa interlin.* et Hugo. 375 ab armo... : cf. Hugo et Guerricus (ms. f.19 va). 375-377 Conflatum ex Exodi XXXV[22,21].

[20] et discriminalia et perichelidas et murenulas et olfactoriola et inaures [21] et anulos et gemmas in fronte pendentes [22] et mutatoria et pallia et linteamina et acus [23] et specula et sindones et uittas et theristra.

mitram super caput suum », discriminato crine capitis sui. Secundo quantum ad capillos dicit *discriminalia*, instrumenta quedam de argento uel auro in modum acuti fusti facta, quibus mulieres diuidunt capillos suos ante frontem, sicut dictum est Iudit eodem « Discriminauit crinem capitis sui ».

Tertio quantum ad collum tangit duo. Primo *periscelidas*, a peri, quod est circum, et colon, quod est membrum, quasi ornatus circa membrum. Aymo dicit quod fit ex auro ad similitudinem armillarum, et ponitur circa collum ; Glosa dicit quod super pedes similes armillis ; alii dicunt quod sunt quidam ornatus positi circa extremitates uestium sicut aurifrisia, uel pelles alique, uel aliquid huiusmodi. Et hoc potest stare cum utroque predictorum, quia sic sunt et circa collum et circa pedes ; uestes enim habent talia et in caputiis et in fimbriis inferioribus, et sic ornant collum mediate, Num. xxxi[50] « Ob hanc causam offerimus in donariis Domini singulis quod in preda auri potuimus inuenire, periscelidas et armillas et anulos ».

Secundo ponit ornamenta colli immediata, cum dicit *murenulas*, scilicet quedam catene uirgulis aureis et argenteis uermiculate in modum murene, que ponuntur circa collum, Cant. i[10] « Murenulas aureas faciemus tibi, uermiculatas argento ». Et quia collum est medium inter caput et corpus, ornatus eius in utrumque redundat, et ideo cum utroque ponitur.

Et olfactoriola. Hic ponuntur ea que pertinent ad organa sensus, et primo quantum ad olfactum : *olfactoriola*, quedam pixides in quibus reponebant muscum et huiusmodi ; uel etiam quedam uasa sicut poma de argento facta, perforata ad modum turibuli, in quibus ponitur ignis et aliquid odoriferum, Cant. i[8] « Curremus in odorem unguentorum tuorum ». Secundo quantum ad auditum : *inaures*, quidam circuli aurei uel argentei, qui ponuntur in auribus mulierum ad hoc perforatis, Osee ii[13] « Ornabatur inaure sua et monili suo, et ibat post amatores suos ». Tertio quantum ad tactum, qui maxime uiget in digitis : *anulos*, Num. xxxi[50], actoritate inducta superius, « Ob hanc causam offerimus anulos » etc. Quarto quantum ad uisum : *gemmas in fronte pendentes*, quibus ornabantur mulieres egyptie, Exo. xxv[7] « Accipietis lapides onichinos et gemmas ad ornandum ephot ac rationale ». De gustu non facit mentionem quia instrumentum eius interius est et non ornatur.

Et mutatoria. Hic ponit ornamenta pertinentia ad totum corpus, et primo induendum, et sic dicit *mutatoria*, id est diuersa uestimentorum paria, Zach. iii[4-5] « Indui te mutatoriis ; et dixit : Ponite zidarim ». Secundo ad operiendum, et sic dicit *pallia*, Gen. xxiv[65] « At illa tollens cito pallium, cooperuit se ». Tertio ad iacendum, et sic dicit *linteamina*, Io. xx[6] « Venit Petrus et introiuit in monumentum, et uidit linteamina posita ».

Et acus. Hic ponit ea que pertinent ad cultum ornamentorum. Et primo ad componendum : *acus*, Matth. xix[24] « Facilius est camelum intrare per foramen acus, quam diuitem intrare in regnum celorum ». Secundo ad discernendum : *et specula*, quibus mulieres discernunt utrum sint bene ornate, Exo. xxxviii[8] « Fecit et labrum eneum cum basi sua de speculis mulierum, que excubabant ante ostium tabernaculi, et atrium ». Tertio ad ornamenta operiendum ; et primo ad operiendum humerorum ornamenta : *et sindones*, subtilia uelamina quibus operiuntur humeri, sicut fit in Campania a mulieribus, Prou. ult. « Sindonem fecit et uendidit, et cingulum tradidit Cananeo ». Secundo ad operiendum ornamenta capitis : *uittas*, id est pepla ; uel melius dicendum

381 discriminato] -nando π crine *scripsi.*] crinem π crimine *cet.* 386 crinem] crimen Bo F 389 periscelidas F] periselidas Bo Sv -ides π 389 colon *coni.*] celon F thelon Bo Sv relon π 399 caputiis] capitiis Bo capitis F 401 quod] que Sv 402 periscelidas]-ides *codd.* (-F) 403 et *cum Vulg. om.* Sv 412 olfactoriola]-toria F π 414 reponebant] ponebant Bo π 416 facta] et *add.* Sv 417 in quibus] ubi Sv 419 tuorum] adulescentule *add.* Sv 424 in digitis F] indiget *cet.* anulos *om.* Sv 427 gemmas] et *praem.* Sv 429 Accipietis] -ipiens F Sv 436 dixit *coni.*] dix' Sv dixi *cet.* 437 zidarim] cidarim π 442 posita] et sudarium quod fuerat etc. *add.* Sv 447 celorum] dei Bo π 448 discernunt] -untur Bo F 457 operiendum] cooperiendum Sv

386 eodem : vers. 3. 389 a peri...membrum : cf. Hugo. 391 PL 116, 741 C. 392 *Glossa interlin.* 393 alii : velut Hugo ; cf. Guerricus « sunt fimbrie uestimenti » (ms. f.19 va). 405 quedam...uermiculate : cf. Hugo et Guerricus (ms. f.19 va). 454 quibus operiuntur humeri : ita Andreas (ms. f.55 ra). 455 Prov. xxxi[24]. 458 uel melius... : cf. Isid. *Etym.* XIX c.31 n.6 (PL 82, 699 B).

[24] Et erit pro suaui odore fetor, et pro zona funiculus, et pro crispanti crine caluitium, et pro fascia pectorali cilicium. [25] Pulcherrimi quoque uiri tui gladio cadent et fortes tui in prelio, [26] et merebunt atque lugebunt porte eius, et desolata in terra sedebit.

quod dicuntur quedam ligamenta quibus mulieres ligant capillos suos, ad modum retis facta, et sic accipitur Exo. XXVIII[37] « Conligabisque eam uitta iacintina », scilicet « laminam de auro purissimo », ubi scriptum erat nomen sanctum Domini. Tertio ad operiendum ornamenta totius corporis dicit *theristra*, Glosa « Vestis muliebris tenuissima et uisu peruia, estati ydonea, et inde nominatur, theria enim estas dicitur ». Et precipue consueuerunt huiusmodi portare mulieres super serica uestimenta, Gen. XXXVIII[14] « Depositis uiduitatis uestibus, assumpsit theristrum ». De pluribus horum dicitur Ez. XVI[10-12] « Vestiui te discoloribus, calciaui te iacinto, et cinxi te bisso, et indui te subtilibus et dedi armillas in manibus tuis, et torquem circa collum tuum et dedi inaures super os tuum, et circulos in auribus tuis, et coronam decoris in capite tuo ».

Et erit. Hic sublatis ornamentis lasciuie, commutat in cultum miserie. Et primo quantum ad id quod est extra dicit *erit pro suaui odore* : odor enim ab extra est, Ioelis II[20] « Ascendet fetor eius, et ascendet putredo eius, quia superbe egit ». Secundo quantum ad id quod est circa dicit *pro zona funiculus*, Iob XII[18] « Balteum regum dissoluet, et precingit fune renes eorum ». Tertio quantum ad id quod est supra dicit *pro crispanti crine*. Quarto quantum ad id quod est intra : *pro fascia pectorali*, Glosa « Qua castigantur ubera », id est comprimuntur, ne ex magnitudine sua turpitudinem ingerant.

Pulcerrimi quoque uiri. Hic aufert eis uirorum solatium quantum ad quatuor. Delectantur autem mulieres in uirorum pulcritudine, et quantum ad hoc dicit *Pulcerrimi quoque uiri gladio*, Tren. IV[7] « Candidiores nazarei eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulciores ». Secundo in fortitudine, et quantum ad hoc dicit *et fortes*, infra XXIII[18] « In captiuitatem ». Tertio delectantur in dignitate, et quantum ad hoc dicit *Et merebunt*, interius, *et lugebunt*, exterius, *porte eius*, id est iudices sedentes in portis, Tren. II[9] « Destructe sunt in terra porte eius ; et perdidit et contriuit uectes eius, regem eius ». Quarto delectantur in uirorum iocunditate, et quantum ad hoc dicit *et desolata in terra sedebit*, Tren. I[13] « Posuit me desolatam, tota die merore confectam ».

Queritur primo circa hoc capitulum de hoc quod dicit *Ariolum*. Videtur enim secundum hoc quod inquirere futura ab ariolis sit licitum : auferre enim illicitum non est pena, sed magis beneficium. Preterea, idem uidetur ex Glosa quod aliquando uera dicunt ; sed a quibuslibet est accipienda ueritas : ergo et ab ipsis. Preterea, cum demones sint specula clarissima secundum intellectum, ut dicit Dyonisius, uidetur quod in hiis que pertinent ad cognitionem ad minus, non sit malum accipere ab eis, et ita diuinationibus intendere erit licitum, et precipue cum nulla cognitio sit malum, et diuinatio dicat cognitionem.

Ad quod dicendum est quod diuinatio suo nomine dicit usurpationem actus diuini, et hoc precipue in precognitione futurorum que naturaliter cognosci non possunt. Sunt enim quedam futura que habent causas determinatas in natura, ex quibus necessario proueniunt, sicut eclipsis solis ; et de hiis non est diuinatio. Quedam etiam habent causas determinatas ex quibus proueniunt ut in pluribus, sicut siccitas in estate sub cane ; unde de hiis non est diuinatio — tales enim sunt prenosticationes medicorum de sanitate uel morte, et nautarum de tempestate futura —, nisi forte prenuntientur quasi immobili ueritate futura, quia hoc solius Dei est. Sunt etiam quedam futura que non habent causas determinatas in natura, et precipue que fiunt ex libero arbitrio ; et harum precognitionem nullus habet nisi Deus, cui omnia sunt presentia propter stabilitatem sue

459 quedam F] *om. cet.* 461 conligabisque] congregabisque F obligabisque π ligabisque *cum Vulg.* Sv 462 laminam]-ina F π 464 ornamenta *om.* Bo 466 peruia] parua Bo π 467 enim...dicitur] id est estas pBo π 474 tuum *om.* F π 478 in *suppl. cum* Sv] *om. cet.* 483 funiculus Sv] -lis *cet.* dissoluet] -uit *cum Vulg.* Sv 486 intra] dicit *add.* F 491 autem F] *om. cet.* 493 gladio] etc. *add.* Sv 497 captiuitatem] *spat. vac. add.* Bo Sv 498 delectantur F] *om. cet.* 502 et perdidit...eius *hom. om.* Sv 508 enim F] *om. cet.* 512 quibuslibet] quolibet Sv 513 Preterea] et *praem.* F 517 ab eis] *ante* accipere Sv *om.* Bo π 519 malum] mala F π 522 precognitione F] cognitione *cet.* 526 etiam] enim Bo π 530 prenosticationes *codd.* 532 quasi F] quia Sv *om. cet.*

462 laminam... : ibid. vers. 36. 465-467 *Glossa marg.* 487 *Glossa marg.* 501 Destructe : « defixe » Ω. 507-565 Cf. *Contra Gent.* III c.154, *II-II* q.95, *De sortibus* cap.5. 511 *Glossa marg.* 515 *De div. nom.* cap.4 § 22 (PG 3, 724 B ; Dion. 269).

eternitatis, uel aliquis accipiens a Deo. Et si quidem inspiratione diuina talia predicuntur, erit prophetia et non diuinatio ; si autem per propriam inuentionem, deceptorie, propter lucrum aliquod, sicut faciunt uetule, dicitur diuinatio : et peccatum <est>, tum propter mendacium quia asserunt incerta pro ueris, tum propter deceptionem, tum propter usurpationem diuinitatis.

Similiter dicitur diuinatio si fiat consilio demonum qualitercumque ; qui quidem possunt aliqua futura predicere, uel quorum ipsi sunt causa, uel que ipsi sciunt per reuelationem bonorum angelorum, uel que sciunt naturali cognitione in hiis que habent causas determinatas in natura, latentes nobis et notas eis, tum propter perspicacitatem intelligentie, tum propter experimentum longi temporis. Et tamen semper est peccatum inquirere ab eis, et apostasia a fide, ut dicit Augustinus. Et hoc propter tres rationes : primo quia quamuis uera dicant, tamen semper intentio eorum est ad fallendum ; secundo quia certitudinalem cognitionem habere non possunt nisi de hiis que per reuelationem sciunt ; tertio quia non possumus simul esse participes donorum Dei et dyaboli : et hec inter omnes precipua est. Et quamuis simpliciter sit beneficium auferre talia, tamen pena est illis qui talia sequntur, quia est contrarium uoluntati eorum.

Deinde queritur de ludis chorealibus : utrum sine peccato exerceri possint, propter illud quod dicit *Et plaudebant* : arguit enim tamquam peccatum. — Ad quod quidem dicendum quod ludus secundum se non est malus : aliter enim in ludis non esset uirtus que dicitur eutrapelia ; sed secundum quod ordinatur diuerso fine et uestitur diuersis circumstantiis, potest esse actus uirtutis et uitii. Quia enim impossibile est semper agere in uita actiua et contemplatiua, ideo oportet interdum gaudia curis interponere, ne animus nimia seueritate frangatur, et ut postmodum homo promptius uacet ad uirtutum opera. Et si tali fine fiat de ludis cum aliis circumstantiis, erit actus uirtutis, et poterit esse meritorius si gratia informetur. Iste autem circumstantie uidentur in ludo choreali obseruande precipue : ut non sit persona indecens, sicut clericus uel religiosus ; ut sit tempore letitie, ut liberationis gratia, uel in nuptiis et huiusmodi ; ut fiat cum honestis personis et cum honesto cantu, et quod gestus non sint nimis lasciui, et si qua huiusmodi sunt. Si autem fiat ad prouocandum lasciuiam et secundum alias circumstantias indebitas, constat quod actus uitiosus erit.

Deinde queritur de ornatu mulierum : utrum sit licitum mulieribus ornare se. Et uidetur quod non, per hoc quod hic dicitur, et I ad Tim. II[9-10] « Non in tortis crinibus, aut auro et argento, aut margaritis, uel ueste pretiosa, sed quod decet mulieres » etc. — Et dicendum quod ornatus mensurandus est precipue ad modum et mensuram persone et ad intentionem. Si enim mulieres portent ornamenta decentia statum et dignitatem suam ut moderate se habeant in factis suis secundum consuetudinem patrie, erit actus uirtutis modestie, que ponit modum in incessu, habitu et omnibus motibus exterioribus ; et poterit esse meritorius si sit cum gratia ; similiter, si faciat ad hoc ut placeat decenter uiro suo quem habet uel quem accipere debet, et ut ab aliis mulieribus retrahatur. Si autem portent ornamenta pretiosiora quam deceat ipsas, erit arrogantia, uel etiam quid deformatum uitio luxurie si faciant ad prouocandum ad concupiscentiam sui.

539 predicuntur] -cantur Sv 540 et *om.* Bo π 541 inuentionem] adinuentionem F aliquod F] *om. cet.* 543 <est> *suppl.*] etc. F *om. cet.* 545 diuinitatis] deitatis F π 549 sciunt Sv] uel *add. cet.* 550 que] ipsi *add.* Sv cognitione] uel ratione *add.* Sv 558 certitudinalem cognitionem] certitudinem cognitionis F 569 quidem *om.* Sv π 577 postmodum F] *om. cet.* 579 de ludis *post* circumstantiis Sv 581 autem *om.* Sv 582 precipue F] *om. cet.* 584 ut] uel Sv aut π 586 sint...lasciui] sit...lasciuus F 588 fiat] fiant Sv 593 per hoc] propter hoc F propter π 597 precipue F] *om. cet.* 598 ad *om.* Bo π 599 portent] -ant Sv 600 ut] et ut Bo 604 ad hoc F] *om. cet.*

555 Cf. *De doctr. christ.* II c.23 n.36 (PL 34, 53 ; CCL 32, 58). 566-590 Cf. *II-II* q.168 et *Sent.libri Ethic.* IV 16 (1127 b 33 - 1128 a 25) lin. 1-134. 571 eutrapelia : cf. Arist. *Ethic.* II 9 (1108 a 24), ut refert Thomas *II-II* q.160 a.2. 591-610 Cf. *II-II* q.169. 602 in incessu... motibus : cf. August. *Regula ad servos Dei* (PL 32, 1380).

CAPITVLVM IV

[1] Et apprehendent septem mulieres uirum unum in die illa dicentes : Panem nostrum comedemus et uestimentis nostris operiemur ; tantummodo inuocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum.

Et apprehendent septem mulieres. Postquam arguit calumpniam opprimentium in cap. II et III, in hoc capitulo propheta ponit consolationem oppressorum. Et diuiditur in partes duas : in prima consolatur eos contra oppressionem mulierum, in secunda contra oppressionem tyrampnorum, ibi *In die illa.*

Solent autem mulieres in tribus moleste esse uiris, scilicet in contemptu uirorum, et quantum ad hoc dicit *Et apprehendent septem mulieres* : quod ad litteram exponit Glosa, quia potuit esse quod post captiuitatem, interfectis uiris multis, mulieres remanserunt plures, ita quod septem quererent habere unum uirum, infra XIII[12] « Pretiosior erit uir auro, et homo mundo obrizo ». Secundo consueuerunt esse moleste in superfluo uictu et uestitu, et quantum ad hoc dicit *Panem nostrum comedemus*, quasi dicat : Non oportebit quod det eis expensas, Prou. ult. « Facta est quasi nauis institoris, de longe portans panem suum ; quesiuit lanam et linum, et operata est consilio manuum suarum ». Tertio sunt moleste in superbie fastu, et quantum ad hoc dicit *tantummodo inuocetur nomen tuum super nos*, ut dicamur tue uxores, *aufer opprobrium*, scilicet sterilitatis, Deut. VII[14] « Non erit apud te sterilis utriusque sexus, tam in hominibus quam in gregibus tuis ».

Sed ex hoc uidetur quod sit licitum habere plures uxores, quia Dominus numquam consolatur per illicitum. Preterea, omne peccatum est innaturale ; sed habere unum uirum plures uxores est naturale, quia unus potest fecundare plures. — Ad quod dicendum quod, sicut dicit Philosophus, coniunctio maris et femine in hominibus non est tantum propter generationem, sicut in brutis, sed etiam ad commodum uite : unde et maris et femine sunt diuerse operationes in quibus auxiliantur sibi inuicem. Secundum ergo quod aliquid diuersimode ordinatur ad hos fines, secundum hoc diuersimode dicitur naturale uel innaturale. Id enim quod nullo modo potest stare cum fine dicto est omnino innaturale et numquam potest esse bonum, sicut uitium sodomiticum, et sicut hoc quod una mulier habeat plures uiros, quia una non fecundatur a pluribus et, quantum ad uitam ciuilem, quia una non regitur a pluribus, sed e conuerso. Aliquid autem potest se habere ad dictum finem indifferenter quantum in se est ; et hoc potest determinari diuersis temporibus diuersimode, secundum diuersos casus, per legislatorem : et erit iustum positiuum, sicut de gradibus consanguinitatis.

Aliquid autem est per quod aliquis potest consequi finem, tamen est impeditiuum finis ut in pluribus : et hoc quantum est de se est innaturale, sed potest esse licitum secundum dispensationem legislatoris attendentis speciales casus. Et huiusmodi est quod unus habeat plures : potest enim unus plures regere secundum uitam ciuilem, et unus plures fecundare ; sed tamen aliquod impedimentum prestat generationi, cum oporteat semen uiri esse digestum, et hoc non potest fieri in frequenter coeuntibus, propter quod frequenter tales steriles sunt. Et adhuc magis impedit communem uitam, quia perfecta amicitia qualis est inter uirum et uxorem, propter quam etiam homo patrem et matrem derelinquit, Gen. II[24], non potest esse ad multas.

1 septem mulieres] etc. Sv 10 Et *om.* F π 14 habere F] *om. cet.* unum uirum *inv.* F 16 et uestitu *om.* pBo F Sv 19 eis] illis Sv 20 quesiuit...suarum *om.* pBo Sv 21 et linum *om.* F 22 fastu] faustu *codd.* (-F) 24 super nos *om.* Sv tue uxores *inv.* Sv 29 Dominus] deus Sv π *post* numquam F 31 uxores] mulieres F 33 dicendum] est *add.* Sv 36 et[1]] etiam F 39 ordinatur... diuersimode *hom.om.* π 39 secundum] sed F et *praem.* Sv 47 autem F] *om.cet.* 50 diuersos casus] diuersas causas Sv 51 iustum] ius F 51 consanguinitatis] -neitatis Bo 53 est *om.* pBo Sv 54 impeditiuum] -imentum Sv π 55 quantum] quod Bo quidem π 55 est de se] de se est F *om.* π 61 cum] aut Bo π 66 uxorem pBo F] mulierem(et *add.* π) *praem. cet.* 67 dereliquit Sv π

7 Vers. 2. 11 *Glossa marg.* 19 Prov. XXXI[14,18]. 28-68 Cf. Thomas *Super Sent. IV* d.33 q.1, *Contra Gent.* III c.124. 33 *Ethic.* VIII 12 (1162 a 20).

[2] In die illa erit germen Domini in magnificentia et gloria, et fructus terre sublimis, et exultatio hiis qui saluati fuerint de Israel. [3] Et erit, omnis qui relictus fuerit in Syon et residuus in Ierusalem sanctus uocabitur, omnis qui scriptus est in uita in Ierusalem; [4] si abluerit Dominus sordes filiarum Syon et sanguinem Ierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicii et spiritu ardoris. [5] Et creauit Dominus super omnem locum montis Syon et ubi inuocatus est nubem per diem et fumum et splendorem ignis flammantis in nocte;

In die illa. Hic promittit exaltationem contra tyrampnorum oppressionem. Et primo quantum ad prosperitatem in temporalibus; secundo quantum ad sanctitatem in spiritualibus, ibi *Et erit omnis*; tertio quantum ad securitatem ab hostibus, ibi *Et creauit Dominus*. Promittit autem prosperitatem in tribus. Primo quantum ad honorem hominum, cum dicit *In die illa*, scilicet post reditum de captiuitate, *erit germen Domini*, id est filii Iuda, de quibus infra v[7] « Viri Iuda germen delectabile eius »; *in magnificentia*, quantum ad magna que facient, et precipue tempore Machabeorum, *et gloria*, quantum ad honorem quem recipient, I Mach. ult. « Vidit gloriam Simonis et claritatem in auro et argento, et apparatum copiosum, et obstupuit ». Secundo quantum ad habundantiam fructuum : *et fructus terre sublimis*, id est terre nascentia in habundantia, Amos ult. « Comprehendet arator messorem, et calcator uue mittentem semen, et stillabunt montes dulcedinem », Ps. « Terra nostra dabit fructum suum ». Tertio quantum ad letitiam cordium : *et exultatio hiis qui saluati fuerint*, redeuntes de captiuitate, infra LI[3] « Gaudium et letitia inuenietur in ea, gratiarum actio et uox laudis ».

Et erit omnis. Hic promittit sanctitatem in spiritualibus, et circa hoc tria facit. Primo promittit sanctitatis diuulgatum nomen, quod magis alliciebat cupidos glorie, unde dicit *Et erit*, hoc quod sequitur, temporibus illis, *omnis qui relictus fuerit in Syon*, in uita, *et residuus*, uictorum nece, *sanctus uocabitur*, infra LXI[6] « Vos sacerdotes Domini uocabimini, ministri Dei nostri dicetur uobis »; infra VI[13] « Semen sanctorum erit id quod steterit in ea ». Secundo ponit sanctificatorum signum : *omnis qui scriptus est in uita in Ierusalem*, id est omnis cuius uite et generationis processio a parentibus scripta est in annalibus, secundum quod in Esdre v legitur de quibusdam qui usurpabant sibi officium sacerdotum, et non est numerata genealogia eorum. Tertio sanctificationis modum : *Si abluerit Dominus*, id est si tamen ante abluerit *sordes* uitiorum, *et sanguinem* prophetarum effusum *de medio eius*, non in angulo, in quo notatur publicitas peccati, *spiritu iudicii*, quantum ad equitatem pene, *et ardoris*, id est tribulationis, quantum ad acerbitatem. *Spiritu*, id est uento, metaphorice quo purgatur area, Ier. IV[11] « Ventus urens in uiis que sunt in deserto vie filie populi mei », ad uentilandum et ad purgandum, supple.

Et creauit Dominus. Hic ostendit securitatem ab hostibus, et seruat metaphoram : quia enim tribulationem ardori comparauerat, securitatem comparat nubi et tabernaculo quibus aliquis ab ardore defenditur. Et diuiditur in duas partes. Primo promittit diuinam protectionem sub similitudine nubis; in secunda sub similitudine tabernaculi, ibi *Et tabernaculum erit.*

Circa primum tria facit. Primo ponit protectionis rationem : *Et creauit Dominus*, iam in sua prescientia, uel propter certitudinem prophetie utitur preterito pro futuro; et dicit *creauit* quia ex uilissimo statu eos in tantam gloriam promouit, sicut quod creatur ex nichilo fit; *super omnem locum montis Syon*, id est Ierusalem que subiacet arci Syon et templo, *ubi inuocatus est* : ecce ratio protectionis, Ier. XIV[9] « Tu autem in nobis es, Domine, et nomen sanctum tuum inuocatum est super nos ». Secundo ponitur ipsa protectio : *nubem*; et ponitur secundum comparationem ad beneficium exhibitum in exitu filiorum Israel de Egypto, de quo dicitur Exo. XIII[22] « Numquam defuit eis columpna nubis per diem, nec columpna ignis per noctem coram populo ». Et ideo ponit hic *nubem per diem*, quantum ad primum, *et fumum*, quantum ad secundum, propter duplex ignis

70 oppressionem] -nes Bo π 74 creauit *scripsit.* (cf. *lin.* 119 *sqq.*)] creabit *codd.* Promittit... prosperitatem] prosperitatem] autem Sv 81 quem] quam Bo 88 et...dulcedinem] etc. *add.* Sv *om.* F 90 cordium] -dis F exultatio *coni. cum* sSv] exaltatio *cet.* 92 inuenietur] -itur F 94 omnis] etc. Sv 99 in uita] residuus *praem.* Sv 113 spiritu] in *praem.* F 117 urens *coni. cum* π] urōs *cet.* 118 supple] *an addendum* non ? (*cf.* Ier. IV[11]) 122 aliquis F] *om. cet.* 125 partes F] *om. cet.* 133 id est...Syon *hom. om.* F 137 nos] ne de.nos deus noster *add.* Sv 142 ponit] -itur F potest π

72 Vers. 3. 74 Vers. 5. 82 I Mach. XV[28]. 86 Amos IX[13]. 89 Ps. LXXXIV[12]. 104-109 id est omnis...eorum : sic Hugo fere ad verbum. 107 Rectius I Esdr. II[59-62], ut hic refert Hugo. 118 ad uentilandum... : « non ad uentilandum » Ω.

super omnem enim gloriam protectio. [6] Et tabernaculum erit in umbraculum diei ab estu et in securitatem et absconsionem a turbine et a pluuia.

beneficium : scilicet caloris contra frigus, et quantum ad hoc dicit *fumum*, in quo notatur flamma que est fumus accensus, uel quia est effectus caloris ; et splendoris contra tenebras, et quantum ad hoc dicit *et splendorem*, infra x[17] « Et erit lumen Israel in igne, et Sanctus eius in flamma ». Tertio ponit protectionis magnitudinem : *super omnem*, quia protectio qua proteget uos Deus erit super omnem gloriam prius uobis prestitam quasi excedens eam, Aggei II[10] « Magna erit gloria domus istius nouissime plus quam prime ».

Et tabernaculum. Hic describit idem beneficium per metaphoram tabernaculi. Vnde ponit ea ad que tabernaculum est utile : protegit enim contra solis estum per umbram, et quantum ad hoc dicit *in umbraculum diei ab estu*, id est in die ; secundo protegit contra tempestatis impetum, prebens securitatem, et quantum ad hoc dicit *et in securitatem a turbine* : turbo enim est ex colluctatione quadam uentorum ; tertio protegit contra pluuiarum stillicidium per absconsionem, et quantum ad hoc dicit *et in absconsionem a pluuia*. Et secundum hec tria designatur persecutio secundum diuersum sui generis gradum, infra XXXII[2] « Erit uir sicut qui absconditur a uento, et celat se a tempestate ».

Glose autem tangunt duplex misterium. Quidam exponunt septem mulieres pro ecclesiis, et secundum hoc diuiditur hoc capitulem in tres partes : primo ponitur desponsatio ; secundo sponsi exaltatio, ibi *In die illa* ; tertio sponse gubernatio : *Et erit omnis*. Desponsatio autem est per fidem, Osee II[20] « Sponsabo te michi in fide ». Unde tria ponit. Primo fidei communicationem : *Apprehendent*, per fidem, *septem mulieres*, septem ecclesie de quibus Apoc. I[4] « Iohannes septem ecclesiis » etc., in quo omnes ecclesie secundum regulam Ticonii quintam ; *uirum unum* id est Christum, Cant. ult. « Apprehendam te, et ducam in domum matris mee, et in cubiculum genitricis mee ». Secundo propalationem spei, que est de sacramento sumendo : *Panem nostrum comedemus*, corpus Christi nobis datum, Io. VI[52] « Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita » ; et que est de dono uirtutis percipiendo : *uestimentis nostris operiemur*, id est uirtutibus, Ez. XVI[10-11] « Vestiui te discoloribus et calciaui te iacinto, et indui te subtilibus, et ornaui te ornamento ». Tertio desiderium siue petitionem caritatis, que est de consecutione christiani nominis : *inuocetur tantummodo nomen*, ut a Christo dicamur christiani, Act. IV[12] « Non est nomen aliud sub celo in quo oporteat nos saluos fieri » ; et de ablatione criminis : *aufer opprobrium* quod patimur a Iudeis qui dicunt nos esse sine lege, Iosue V[9] « Hodie abstuli opprobrium Egypti a uobis ».

Nota super illo uerbo *Panem nostrum comedemus* quod panis dat culpe ueniam, Matth. VI[11-12] « Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie, et dimitte nobis debita nostra » ; dat gratie uitam, Io. VI[52] « Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita » ; confirmat ad pugnam, Ps. « Panis cor hominis confirmat » ; confortat ad uiam, III Regum XIX[8] « Ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus et quadraginta noctibus » ; facit pregustare ipsam gloriam, Sap. XVI[20] « Paratum de celo panem prestitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, et omnis saporis suauitatem ».

Secundum alias glosas, diuiditur sic : in prima notatur gratie plenitudo ; in secunda glorie exaltatio : *In die illa* ; in tertia ponitur subditorum benigna gubernatio : *Et erit*. Circa primum tria facit. Primo ponitur donorum habundantia : *septem mulieres*, id est septem dona Spiritus Sancti, que dicuntur mulieres quia per ea in Deo

152 super] ibi *praem.* F proteget sBo Sv] -git *cet.* 157 tabernaculum] etc. *add.* Sv 158 per F] propter *cet.* 161 in *om.* Sv 163 securitatem] -ate Bo π 166 absconsionem] a pluuia *add.* F 167 in *om.* Bo π absconsionem *coni.*] -one *codd.* 169 generis F] *om. cet.* 170 absconditur] -detur pBo F Sv 171 Glose...tangunt] glosa...tangit F 179 Apprehendent] -det F π per fidem *om.* F 181 septem *om.* Sv ecclesie F] *om. cet.* 182 Ticonii quintam *inv.* Sv 183 ducam] te *add.* F 188 dabo] uobis *add.* Sv 191 et[2] *om.* Sv 193 que est *om.* F Sv 196 celo] datum hominibus *add.* Sv 198 opprobrium] etc. *add.* Sv 199 esse F] *om. cet.* Iosue *om.* Sv 201 Nota...quod *om.* Sv 203 supersubstantialem] substantialem Sv 204 gratie uitam *inv.* F 208 uiam] uitam π uitam *praem. et expunxit* Bo 214 diuiditur sic *om.* F 215 plenitudo] pulcritudo F π glorie F] gratie *cet.* 219 id est *om.* Bo π 220 ea] eas pBo F in Deo *post* aliquis Sv

147 fumus accensus : cf. Arist. *De gener. et corr.* II c.4 (331 b 25). 164 turbo...uentorum : cf. Arist. *Meteor.* III c.1 (371 a 9-12). 171 Quidam : velut Haymo (742 C), Hugo, Guerricus (ms. f.22 va) et ipsa *Glossa marg.* 182 *Liber de regulis* reg. 5 (PL 18, 49 C) ; cf. August. *De doctr. christ.* III c.35 (PL 34, 86 ; CCL 32, 111). 183 Cant. VIII[6]. 184 et in...mee *cum* Ω^{J8} : *om.* Ω^{M} *Vulg.* 201 Cf. vers. 1. 206 Ps. CIII[15]. 214 alias glosas : quae interpretantur de septem donis Spiritus Sancti, velut Hier. (72 D ; 60), Haymo (742 D), *Glossa marg.*, Hugo, Guerricus et alii.

aliquis generatur et nutritur ; *uirum unum*, Christum singulariter, qui solus sine peccato, Io. I[14] « Vidimus eum quasi unigenitum, plenum gratie et ueritatis ». Secundo donorum sufficientia in perfecta fruitione : *Panem nostrum comedemus*, scilicet patrie, quo fruitur perfecte Spiritus Sanctus, cuius sunt dona, sicut et Filius, Io. IV[34] « Meus cibus est ut faciam uoluntatem eius qui misit me » ; in Scripture attestatione : *et uestimentis nostris operiemur*, id est sermone Dei quo dona ornantur. Tertio donorum perfectio per Christum quantum ad collationem salutis : *nomen tuum*, id est res tui nominis, salus, *inuocetur super nos*, id est in illis qui — nobis — repleti sunt, « quia de plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam pro gratia », Io. I[16] ; ante Christum enim dona non perducebant ad regnum. Quantum ad amotionem erroris : *aufer opprobrium nostrum* quod patimur a falsis uirtutibus, que nostrum nomen subripiunt, Ro. XIII[12] « Nox precessit, dies autem appropinquauit ; abiciamus ergo opera tenebrarum et induamur arma lucis », Cant. II[15] « Capite nobis uulpes paruulas que demoliuntur uineas » ; uel opprobrium quod patimur in repulsione hominum, qui nos peccando repellunt, Sap. I[5] « Spiritus Sanctus discipline effugiet fictum », et subditur « <corripietur> a superueniente iniquitate ».

In die illa. Hic ponitur exaltatio. Et primo quantum ad miraculorum operationem : *in magnificentia*, Exo. XV[11] « Magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, et faciens mirabilia » ; secundo quantum ad gloriosam resurrectionem : *et gloria*, infra LII[1] « Consurge, consurge, induere fortitudine tua, Syon » ; tertio quantum ad ascensionem : *fructus terre*, id est filius uirginis, *sublimis*, infra LII[13] « Ecce seruus meus intelliget, exaltabitur et eleuabitur et sublimis erit ualde » ; quantum ad totius mundi ueneracionem, de quo Phil. II[10] « Vt in nomine Ihesu omne genu flectatur, celestium, terrestrium et infernorum » : *exultatio*, infra IX[3] « Letabuntur coram te sicut qui letantur in messe, sicut exultant uictores capta preda ».

Et erit omnis. Hic ponitur gubernatio : et primo quantum ad sanctificationem ; secundo quantum ad sanctificationis ordinem, ibi *Si abluerit* ; tertio ponit sanctificatorum protectionem : *Et creauit*.

Ad sanctitatem alicuius tria requiruntur. Primo distinctio cum fide, et quantum ad hoc dicit *qui relictus*, a non credentibus abiectus, quasi distinctus, *in Syon*, que specula, quia fides uidet per speculum et in enigmate, I Cor. XIII[12], infra X[20-22] « In ueritate reliquie conuertentur, reliquie inquam, Iacob ad Deum fortem ; si fuerit populus tuus, Israel, quasi arena maris, reliquie conuertentur ». Secundo tranquillitas ad pacem : *residuus*, quasi residens, *in Ierusalem*, que uisio pacis, infra LII[1] « Ierusalem ciuitas Sancti ». Tertio predestinatio ad gloriam : *omnis qui scriptus*, Luce X[20] « Gaudete, quia nomina uestra scripta sunt in celis », Apoc. III[5] « Non delebo nomen eius de libro uite ».

Si abluerit. Hic ponitur ordo sanctificationis. Et primo per baptismi ablutionem : *sordes*, uitiorum actualium, *sanguinem*, peccati originalis ; uel *sordes*, uenialium, *sanguinem*, mortalium ; Ez. XVI[9] « Laui te aqua, et emundaui sanguinem tuum a te ». Per penitentie discretionem : *spiritu iudicii*, I Cor. XI[31] « Si nosmet ipsos iudicaremus, non utique a Domino iudicaremur » ; sed a caritatiua passione : *spiritu ardoris*, id est caritatis sue, qua nulla maior fuit, Io. XV[13] « Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis », Matth. XXVI[28] « Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum »

Et creauit. Hic ponitur protectio. Et ponit uniuersalitatem protectionis quantum ad protectos, unde *super omnem* ; diuersitatem quantum ad protegentia : *nubem* ; et auctoritatem quantum ad affligentia, unde *in diem*. Sed protectis sunt tria : eminentia contemplationis in corde : *montem, Syon*, Ps. « Qui confidunt in Domino sicut mons Syon, non commouebitur in eternum qui habitat in Ierusalem » ; laudes confessionis in ore : *inuocatus est*, Ro. X[13] « Omnis quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit » ; honestas conuersationis in opere : *gloriam*, II ad Cor. I[12] « Gloria nostra hec est, testimonium conscientie nostre ».

Protegit autem per quatuor : per Spiritum

226 patrie] sic *codd. ; an legendum* Patris? 230 ornantur] quia eis (*et spat. vac.* Sv) *add.* Bo F Sv *et delevimus cum* π 232 tui Sv] *om. cet.* 242 arma lucis] arma π etc. Sv 245-247 Sap....iniquitate *coni. cum* Sv] Sap.5.corrigetur spiritus a superue.etc. F *om.* Bo π 246 <corripietur> *coni. ex Vulg.*] corrigetur F *om.* Sv *def. cet.* 258 mundi] populi F *om.* pSv 261 exultatio Bo] -tantem π exaltatio F Sv 267 ponit] per Sv 268 alicuius F] *om. cet.* 275 quasi arena maris Sv] *om. cet.* reliquie conuertentur *inv.* Sv 292 ut] quam ut Sv 297 protectionis Sv] -ctoris Bo π pectoris F 301 tria] scilicet *add.* Sv 302-304 sicut...Ierusalem] etc. π 308 nostra...nostre] uestra... uestre F Sv 310 Spiritum] spem Bo π

262 uictores capta preda *cum* Ω : *om. Vulg.* 302 Ps. CXXIV[1-2].

obumbrantem : *nubem*, Luce I[35] « Virtus Altissimi obumbrabit tibi » ; per compunctionem humiliantem : *fumum*, Ioelis II[30] « Dabo prodigia in celo et in terra, sanguinem et ignem et uaporem fumi » ; per ueritatem illuminantem : *splendorem*, Luce II[32] « Lumen ad reuelationem gentium, et gloriam plebis tue, Israel » ; per Ecclesiam uiuentem : *tabernaculum*, Apoc. XXI[3] « Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, et habitabit cum eis ».

Aduersantia sunt tria : prosperitas eleuans : *diem* ; aduersitas constantiam frangens : *nocte*, Ps. « Per diem sol non uret te, neque luna per noctem » ; persecutio affligens : *estu*, per afflictionem, Apoc. XVI[8] « Et quartus angelus effudit phialam suam in solem », et sequitur « Et datum est illi estu affligere homines, et igni » ; *turbine*, propter impetum, infra XXI[1] « Sicut turbines ab Africo ueniunt, de deserto uenit, de terra horribili » ; *a pluuia*, propter multitudinem, Matth. VII[27] « Descendit pluuia, uenerunt flumina et flauerunt uenti, et irruerunt in domum illam, et cecidit ».

321 nocte] noctem Sv 323 per] propter F 327 propter] per Bo π

321 Ps. CXX[6].

CAPITVLVM V

[1] Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei uinee sue. Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei. [2] Et sepiuit eam et lapides elegit ex illa et plantauit eam electam ;

Cantabo dilecto. Hic arguit tertio peccatum duarum tribuum quod committebant in abusu rerum, sub quadam metaphora ; et diuiditur in duas partes : in prima ponitur metaphora ; in secunda exponitur : *Vinea enim.*

Circa primum duo facit. Primo ponit titulum, dicens *Cantabo*, id est alte et aperte pronuntiabo, infra XL[9] « Exalta in fortitudine uocem tuam », *dilecto meo*, id est populo Iudeorum, canticum *patruelis mei*, id est filii patrui, *uinee sue*, id est quod fecit de uinea sua. Aliquando enim prophete ex ipsis rebus gestis assumunt similitudines ad suas prophetias, sicut patet Ier.XXXII[7] de uenditione agri « Ecce Ananael filius Sellum patruelis tuus uenit ad te dicens : Eme tibi agrum meum qui est in Anathot, tibi enim competit » etc. Ita potuit contingere etiam quod ad litteram aliquis patruelis suus composuerit simile carmen de uinea sua.

Vel aliter, *Cantabo canticum dilecto*, scilicet Deo, id est in persona ipsius ad uineam suam. Vel aliter, *dilecto*, scilicet Deo, *canticum patruelis*, id est de patruele meo, scilicet populo Iudeorum, quia ex eisdem parentibus descendimus, *uinee sue*, id est qui patruelis est uinea dilecti Dei. Vel mistice, *patruelis*, Christi, qui ex eadem gente est mecum, *uinee sue*, id est qui conqueritur de uinea sua, synagoga, que sibi amaros fructus in passione attulit. Et nota quod canticum proprie exultationis est. Unde hic improprie canticum dicitur canticum, cum sit meroris ; tale canticum cantauit Dauid de morte Saulis, II Regum I[19,21] « Incliti tui, Israel, super montes tuos interfecti sunt. Quomodo ceciderunt fortes Israel ? Montes Gelboe, nec ros nec pluuia ueniat », Ez. XXXII[18] « Cane carmen lugubre ».

Secundo, ibi *Vinea facta est*, ponit ipsum canticum quod continet metaphoram ; in quo tria ponuntur : primo cause recitatio ; secundo iudicii interrogatio, *Nunc ergo habitatores* ; tertio sententie prolatio : *Nunc ostendam.* Circa primum duo ponit : primo ex parte conquerentis diligentiam cultus ; secundo ex parte uinee malitiam fructus : *et expectaui ut faceret uuas.* Diligentia autem cultus ostenditur ex tribus : in loci preparatione, in palmitum electione, et in sumptuosa edificatione.

Preparatio autem loci ostenditur tripliciter. Primo quantum ad loci pinguedinem, unde dicit *Vinea*, de qua Ps. « Vineam de Egypto transtulisti, eiecisti gentes et plantasti eam » ; *facta est dilecto meo*, id est Deo acquisitiue, uel a Deo ; *in cornu*, id est in loco eminenti, in quo notatur montuositas terre ad constitutionem bone uinee, propter hoc quod respicitur a sole ; *filio olei*, id est adeo pingui quod sufficeret ad multitudinem olei. Proprietas enim hebraici sermonis est ut quilibet illius rei dicatur esse filius in quo habundat, sicut dicitur I Regum XXVII « Viuit Dominus quod filii mortis estis ». Et in hoc designatur bonitas terre que fuit Iudeis data, de qua Ez. XX[6] « Leuaui manum meam pro eis, ut educerem eos de terra Egypti in terram quam prouideram eis fluentem lacte et melle, que est egregia inter omnes terras ». Secundo ponitur preparationis diligentia quantum ad loci munitionem, unde dicit *sepiuit eam*, Osee II[6] « Sepiam uiam tuam spinis », in quo significatur custodia angelorum et bonorum uirorum. Tertio quantum ad purgationem : *lapides elegit*, id est diligenter collegit, *ex ea*, Ps. « Eiecisti gentes, et plantasti eam ».

Quantum ad electionem palmitum dicitur *et plantauit eam electam*, id est ex electis palmitibus ; unde alia translatio habet *Vinea soreth*, quod est

10 patruelis mei] -eli meo F π 14 patruelis] -elus Bo π *(et sic deinceps)* 21 patruelis] mei *add.* Sv 28 nota] notandum Sv 31 Israel] interfecti *add.* Sv facti *add. cet.* ; *et delevimus* 34 ueniat] super uos etc. *add.* Sv 39 habitatores *scripsi.*] habita *codd.* (*et sic infra* 98) 46 autem...ostenditur F] loci primo describitur *cet.* 49 eiecisti] eduxisti Sv 55 enim F] *om. cet.* 64 unde] in hoc quod dicitur Sv sepiuit *coni.*] separaui π sepiam *cet.* 66 uirorum] murorum Sv

1 tertio : cf. supra cap.2, 6. 5 Vers. 7. 19 Vel aliter... : cf. *Glossa interlin.* « Dilecto : populo Iudeorum, uel Deo Patri ». 24 mistice... : cf. *Glossa interlin.* ex Hier. (75 B ; 53). 28 canticum... : vide infra cap.54, 12. 39 Vers. 3. 40 Vers. 5. 42 Vers. 2. 48 Ps. LXXIX[9]. 50 a Deo : cf. Hugo ; Guerricus « uel ablatiue id est a dilecto meo » (ms. f.23 rb). 51 in loco eminenti... : cf. Guerricus ibid. 57 Rectius I Reg. XXVI[16]. 68 Ps. LXXIX[9]. 72 alia... : cf. *Glossa marg.* ex Hier. « Vineam Sorec, quam solus Symmachus electam interpretatus est » (76 B ; 64).

et edificauit turrim in medio eius et torcular extruxit in ea. Et expectauit ut faceret uuas et fecit labruscas. [3] Nunc ergo habitatores Ierusalem et uiri Iuda iudicate inter me et uineam meam. [4] Quid est quod debui ultra facere uinee mee et non feci ei ? An quod expectaui ut faceret uuas, et fecit labruscas ?

nobilissimum genus uitis, in quo significatur bonitas patrum, Ier.II[21] « Ego te plantaui uineam electam, omne semen uerum ». Quantum ad sumptum edificii, quod pertinet ad defensionem, dicit *edificauit in medio eius turrim* ; in quo ostenditur regia dignitas, Ez. XVI[13] « Decora facta es vehementer nimis et profecisti in regnum », Cant. IV[4] « Turris Dauid edificata est cum propugnaculis ». Vel templum, secundum alios. Usus turris ad conseruationem fructus, et prospiciendum ad custodiam. Quantum ad fructus collectionem dicit *torcular*, Prou. III[10] « Implebuntur horrea tua saturitate, et uino torcularia redundabunt » ; in quo notatur altare holocaustorum propter effusionem sanguinis.

Et expectaui ut faceret. Hic ponitur malitia fructus. Unde dicit *Et expectaui*, secundum ordinem beneficiorum, *ut faceret uuas*, fructum bonorum operum, *et fecit labruscas*, id est uuas siluestres, ab hoc dicte quia in labiis uiarum nascuntur, scilicet sepibus : in quo amaritudo uitiorum notatur, Ier.II[21] « Quomodo conuersa es michi in prauum uinea aliena ? », Mich. VII[4] « Qui optimus est in eis, quasi paliurus, et qui rectus quasi spina de sepe ».

Nunc ergo habitatores. Hic ponitur interrogatio iudicii ; et circa hoc duo facit. Primo interpellat iudices, dicens : Ergo quia feci quod debui, *nunc*, audita ratione mea, *iudicate inter me et uineam meam*, Osee II[2] « Iudicate matrem uestram, iudicate : quoniam non ipsa uxor mea, et ego non uir eius ». Simile iudicium querebatur a Dauid de se quasi de alio, II Regum XII, super peccato commisso ab eo, circa scilicet adulterium et homicidium Vrie Cethei.

Secundo querit iudicium ; et duo querit. Primo utrum peccauerit ex negligentia, unde dicit *Quid ultra*, supra dicta, *facere debui ?* Mich. VI[3] « Populo meus, quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi ? Responde michi ». Secundo utrum peccauerit in cultura uinee ex superflua cura, unde dicit : Aut forte uideor fecisse ultra debitum quod *expectaui*, bene colendo, *ut faceret uuas, et fecit labruscas ?* quasi dicat : In hoc uideor potius superfluus quod uinee mee tantam culturam adhibui, infra XXVI[15] « Domine, indulsisti genti, numquid glorificatus es ? », et XLVIII[8] « Transgressorem ex uentre uocaui te propter nomen meum », Ier.XI[16] « Ad uocem loquele grandis exarsit ignis in ea, et combusta sunt frutecta eius ».

Nota super illo uerbo *Vinea facta est dilecto* quod est uinea multiplex. Primo carnalis concupiscentie, Deut. XXXII[32] « De uinea Sodomorum uinum eorum » : et huius est primo uinum ire, Deut. XXXII[33] « Fel draconum uinum eorum » ; secundo luxurie, Apoc. XVIII[3] « De uino fornicationis eius biberunt omnes gentes » ; tertio inepte letitie, II Esdre IX « Omnem mentem uertit in securitatem et iocunditatem ».

Secundo est uinea fidelis anime, Cant. II[15] « Vinea floruit » : huius uinee est uinum primo penitentie, Luce X[34] « Appropians alligauit uulnera eius, fundens uinum et oleum » ; secundo corporalis munditie, Zach. IX[17] « Quid enim bonum eius est, et quid pulcrum eius, nisi frumentum electorum et uinum germinans uirgines ? » ; tertio spiritualis letitie, Ps. « Vinum letificat cor hominis ».

Tertio est uinea militantis Ecclesie, Cant. ult. « Vinea fuit pacifico in ea que habet populos » : et huius uinee est uinum primo sacre ablutionis, Num. XV[10] « Et uinum ad liba fundenda eiusdem mensure » ; secundo fructuose predicationis, Ps. « A fructu frumenti, uini et olei multiplicati sunt » ; tertio deuote confessionis, Cant. VII[9] « Guttur tuum sicut uinum optimum ».

Quarto est uinea celestis patrie, III Regum XXI[1] « Vinea erat Naboth Iezrahelite » : et huius uinee est uinum primo diuine fruitionis, Cant. VIII « Comedi fauum cum melle meo, bibi uinum cum lacte meo » ; secundo interioris repletionis, Hester I[7] « Vinum quoque, ut magnificentia regia dignum erat, habundans et precipuum ponebatur » ; tertio sanctorum congratulationis, Cant. ult. « Dabo tibi poculum ex uino condito ».

77 ostenditur] est *post* dignitas Sv 78 uehementer nimis *om.* Sv 86 notatur *om.* Sv 111 aut...tibi *bom.om.* F 116 dicat] diceret Sv 118 indulsisti genti *bis* Sv (cf. *Vulg.*) 122 frutecta] fructecta Bo F 123-156 *Haec in schemate habet* Sv (*in imo* f.106 v ; *cf. Praef.* § 32 et Doc. IV) 128 uino pBo F Sv] ira *praem.* π ira *marg.* sBo 132 Vinea] n<ostra> *add.* F 141 pacifico] -ica F π

81 alios : *Glossa interlin.* ex Hier. ibid., Haymo (746 C), Hugo, Guerricus (ms. f. 23 va). 92 dicte... : *Glossa interlin.* 105 Vers. 1-15. 123 Cf. vers. 1. 128 uino : « ira » Ω^{JM}, « uino ire » Ω^{S} *Clem.* 130 Rectius III Esdr. III[20]. 139 Ps. CIII[15]. 140 Cant. VIII[11]. 144 Ps. IV[8]. 150 Rectius Cant. V[1]. 156 Cant. VIII[2].

[5] Et nunc ostendam uobis quid ego faciam uinee mee : auferam sepem eius et erit in direptionem ; diruam maceriam eius et erit in conculcationem, [6] et ponam eam desertam : non putabitur et non fodietur, et ascendent super eam uepres et spine, et nubibus mandabo ne pluant super eam ymbrem. [7] Vinea enim Domini exercituum domus Israel est, et uiri Iuda germen eius delectabile : expectaui ut faceret iudicium, et ecce iniquitas ; et iustitiam, et ecce clamor. [8] Ve qui coniungitis domum ad domum et agrum agro copulatis usque ad terminum loci !

Et nunc ostendam uobis. Hic profertur sententia. Et primo excitat attentionem uel audientiam, dicens *nunc*, ex quo non uultis sententiam proferre, ego *ostendam uobis quid ego faciam uinee mee*, infra XLVIII[5-6] « Predixi tibi ex tunc, antequam uenirent indicaui tibi, ne forte diceres : Ydola mea fecerunt hec, et sculptilia mea et conflatilia mandauerunt ista que audisti ».

Secundo profert iustam sententiam ut ingratis auferat beneficium exhibitum, cum dicit *auferam sepem eius*. Et primo aufert beneficium quod pertinet ad custodiam, que est duplex : angelorum, et quantum ad hoc dicit *auferam sepem eius*, id est auxilia angelorum, quibus contra hostes protegebatur, *et erit in direptionem*, gentibus, Eccli. XXXVI[27] « Vbi non est sepes, diripietur possessio » ; est etiam custodia prelatorum, et quantum ad hoc dicit *diruam maceriam eius*, id est presidia regni, de quibus supra II[17] « Et incuruabitur omnis sublimitas hominum », *et erit in conculcationem*, id est uilis facta, Ps. « Destruxisti maceriam eius ».

Secundo aufert beneficium quod pertinet ad cultus diligentiam, unde dicit *Et ponam eam desertam*, id est relinquam eam incultam sicut desertum ; *non putabitur*, ammonitione aut correptionis uerbere quando peccat, *et non fodietur*, ut auferantur ab eis occasiones mali, sicut male herbe ; *et ascendent super eam uepres et spine*, id est maiora et minora peccata ; uel *uepres* peccatorum, *spine* tribulationum, infra VII[24] « Vepres enim et spine erunt in uniuersa terra ».

Tertio aufert beneficium fertilitatis, contra quod ponit defectum pluuie, unde dicit *et nubibus mandabo ne pluant*, ad litteram ; uel nubes : predicatores, infra LX[8] « Qui sunt isti qui ut nubes uolant, et quasi columbe ad fenestras suas ? », Ier. III[3] « Quamobrem prohibite sunt stille pluuiarum, et serotinus imber non fuit ».

Vinea enim Domini exercituum. Hic exponit metaphoram : et primo quantum ad uineam, secundo quantum ad uinee causam, ibi *expectaui ut faceret iudicium*. Circa primum exponit uineam, dicens *Vinea enim domus Israel est*, uel tota, uel quantum ad decem tribus que dicte sunt Israel post separationem regni propter multitudinem. Secundo quantum ad germen uel palmites : *uiri Iuda*, id est due tribus in quibus adhuc obseruabatur cultus Dei, Osee IV[15] « Si fornicaris, Israel, non derelinquas saltem, Iuda » ; uel quia ex ipsa principes, I Paral. V[2] « Porro Iudas qui erat fortissimus inter fratres suos, de stirpe eius principes germinati sunt ».

Expectaui ut faceret iudicium. Hic exponit uinee causam, que consistit in culpa, et pena que consequitur culpam. Unde diuiditur in partes tres : in prima ponitur culpa in generali ; in secunda culpa et pena simul in speciali, ibi *Ve qui coniungitis domum* ; in tertia pena in generali, ibi *In omnibus hiis*. Culpam in generali arguit quantum ad prelatos, quorum est facere iudicium, in hoc quod dicit *Expectaui*, secundum ordinem beneficiorum, *ut faceret iudicium*, iuste iudicando ; *et ecce iniquitas*, quasi inequalitas iudicii, Eccl. III[16] « Vidi sub sole in loco iudicii impietatem, et in loco iudicii iniquitatem ». Secundo quantum ad subditos, quorum est tenere iustitiam sibi prefixam a prelatis : *et iustitiam*, que est per comparationem ad precepta legis ; *et ecce clamor*, tumultus rixantium, uel conquestionis pauperum, infra XXII[1-2] « Quidnam tibi quoque est quia ascendisti et tu in tecta clamoris plena, urbs frequens, ciuitas exultans ».

Ve qui coniungitis domum domui. Hic ponit culpam eorum in abusu rerum in speciali, exequendo eam per partes. Et diuiditur in duas partes : in prima arguit eos quantum ad ipsam culpam, in secunda quantum ad peccandi pertinaciam, ibi *Ve qui trahitis*. Circa primum duo facit : primo arguit eos quantum ad abusum possessionum, qui fit per auaritiam ; in secunda quantum ad abusum ciborum, qui fit per gulam, ibi *Ve qui consurgitis*.

Circa primum tria ponuntur. Primo arguitur

162 diceres] dicens F π 163 mea[2] *om.* F π 170 protegebatur] -bantur Bo π 179 Et *om.* pBo Sv 199 domus F] id est domus *cet.* 200 dicte] decem Sv 202 Secundo *om.* F 221 Secundo] et F 233 peccandi] peccati Sv 235 qui] quod F

177 Ps. LXXIX[12]. 190 uel...predicatores : *Glossa interlin.* 213 Vers. 8. 215 Vers. 25. 233 Vers. 18. 237 Vers. 11.

Nunquid habitabitis uos soli in medio terre? [9] In auribus meis sunt hec Domini exercituum, nisi domus multe deserte fuerint, grandes et pulchre absque habitatore. [10] Decem enim iugera uinearum facient lagunculam unam et triginta modii sementis facient modios tres. [11] Ve qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam et potandum usque ad uesperam ut uino estuetis. [12] Cythara et lyra et tympanum et tybia et uinum in conuiuiis uestris,

superflua possessionum multiplicatio, unde *Ve qui coniungitis domum domui et agrum agro copulatis usque ad terminum loci*, sicut usque ad uiam publicam, Osee V[10] « Facti sunt principes Iuda quasi assumentes terminum super eos » ; Ier. XXII[13] « Ve qui edificat domum suam in iniustitia et cenacula sua non in iudicio ; amicum suum opprimet frustra, et mercedem eius non reddet ei ; qui dicit : edificabo michi domum latam et cenacula spatiosa » ; Mich. II[2] « Et concupierunt agros, et uiolenter tulerunt ; et domos rapuerunt, et calumpniabantur uirum et domum eius, uirum et hereditatem eius ».

Secundo ponitur iudicis interpretatio : *Numquid habitabitis in medio terre?* que lata est et spatiosa, et data multis in possessionem, Gen. V « Crescite et multiplicamini et replete terram ».

Tertio ponitur pene comminatio, et circa hoc duo ponuntur. Primo punientis auctoritas uel potestas, unde dicit *In auribus meis sunt hec* uerba *Domini exercituum*, qui potest punire ; que dicam uobis adhuc sunt sonantia *in auribus meis* interioribus : in quo notatur uerborum certitudo, infra L[4-5] « Mane erigit michi aurem, et audiam quasi magistrum ; Dominus Deus aperuit michi aurem, ego autem non contradico ».

Secundo ponitur pene seueritas, ibi *nisi domus*. Et primo quantum ad solitudinem domorum ; unde dicit *nisi domus fuerint deserte*, quantum ad custodiam, et *absque habitatore*, quantum ad solitudinem domorum, quasi dicat : Non quiescet ira mea. Et est aposiopesis, quod est defectus orationis. Et ponit ea in quibus consistunt diuitie domorum : scilicet in multitudine, et quantum ad hoc dicit *multe* ; in pulcritudine, et quantum ad hoc dicit *pulcre* ; in magnitudine : *grandes*, Soph. II « Et erit fortitudo eorum in direptionem, et domus eorum in desertum ». Secundo quantum ad sterilitatem uinearum dicit *Decem iugera uinearum* — iuger habet in longitudine centum et uiginti pedes — *facient lagunculam unam* ; alia littera habet *bathum*, quod est eiusdem capacitatis in liquidis sicut ephy in aridis. Tertio quantum ad amissionem seminum : *et triginta modii facient tres*, quia minus colligetis quam seminastis, Aggei II[17] « Cum accederitis ad aceruum modiorum uiginti, et fierent decem ». Alii habent chorum, uel ephy, quod est decima pars chori, Ez. XLV[11] « Ephy et bathus erunt equalia, et unius mensure erunt, ut capiat decimam partem chori bathus, et decimam partem chori ephy ».

Ve qui consurgitis mane ad ebrietatem. Hic arguit eorum culpam quantum ad abusum ciborum. Et primo arguit culpam, secundo comminatur penam, ibi *Propterea captiuus*. Circa primum duo facit : primo arguit gulam quantum ad suas species, secundo quantum ad effectum, ibi *Et opus Domini non respicitis*.

Species autem gule sunt quinque, que hoc uersu continentur : ' Prepropere, laute, nimis, ardenter, studiose '. Dicit ergo primo *Ve qui consurgitis mane*, quantum ad prepropere, Eccl. X[16] « Ve tibi, terra, cuius rex puer est, et cuius principes mane comedunt », Prou. XXIII[35] « Quando euigilabo, et rursus uina reperiam? ». Quantum ad ardenter dicit *sectandam*. Quantum ad nimis dicit *usque ad uesperam*, Prou. XXIII[29-30] « Cui ve, cui patris ve, cui rixe, cui fouee, cui sine causa uulnera, cui suffossio oculorum? Nonne hiis qui commorantur in uino, et student calicibus epotandis? » ; *ut uino estuetis*, luxuria, et ad omnia uitia. Quantum ad studiose, dicit *Cythara* et *uinum*, studiose quesitum, quia cum magno studio preparant sibi delectationem in cibis. Quantum ad laute dicit *in conuiuiis*, in quibus fiunt magni apparatus et electa cibaria, Amos VI[4-6] « Qui comeditis agnum de grege, et uitulos de medio armenti ; qui canitis ad uocem

239 unde] dicit *add.* Sv 249 rapuerunt Sv] et *praem. cet.* 258 In...uerba *om.* F 259 Domini] deo F 265 ibi] *om.* Sv π *del.* aBo nisi domus *coni.*] nisi dominus F *om. cet.* 266 Et primo...dicit *in marg.* Bo 267 unde *om.* F 270 aposiopesis *scripsi.*] apeposiosis F apopesiosis *cet.* 297 quinque F] *om. cet.* 300 tibi terra] terre F 301 puer est *inv.*Bo π 302 Quando euigilabo] cum uigilabo Sv 312 in[2] F] *om. cet.*

254 Rectius Gen. I[28]. 260 adhuc...sonantia : *Glossa interlin.* 270 aposiopesis : *Glossa interlin.* 275 Rectius Soph. I[13]. 278 iuger... pedes : *Glossa interlin.*, cf. Isid. *Etymol.* XV c.15 n.5 (PL 82, 556 B). 279 alia littera...in aridis : cf. Hugo ex Hier. (80 D ; 70). 285 Alii... : cf. *Glossa interlin.* ex Hier. ibid. 293 Vers. 13. 295 Vers. 12. 297 hoc versu... : cf. Thomas *De malo* q.14 a.3, *II-II* q.148 a.4, ubi allegatur auctoritas Gregorii *Moral.* XXX c.18 (PL 76, 556).

et opus Domini non respicitis nec opera manuum eius consideratis. [18] Propterea captiuus ductus est populus meus quia non habuit scientiam, et nobiles eius interierunt fame, et multitudo eius siti exaruit; [14] propterea dilatauit infernus animam suam et aperuit os suum absque ullo termino. Et descendent fortes eius et populus eius et sublimes eius gloriosique eius ad eum; [15] et incuruabitur homo et humiliabitur uir, et oculi sublimium deprimentur; [16] et exaltabitur Dominus exercituum in iudicio, et Deus sanctus sanctificabitur in iustitia; [17] et pascentur agni iuxta ordinem suum,

psalterii : sicut Dauid putauerunt se habere uasa cantici, bibentes in phialis uinum, et optimo unguento delibuti ».

Effectus autem est inconsideratio, et quantum ad hoc dicit *et opus Domini non respicitis*, quod facere debetis, *nec opera*, que ipse fecit ; Prou. xx[1] « Luxuriosa res uinum, et tumultuosa ebrietas ».

Propterea captiuus. Hic ponit penam respondentem : et primo quantum ad affectum uoluntatis, unde dicit *Propterea*, sicut scientia eorum est captiua per ebrietatem, ita ipse captiuabitur, Osee IV[6] « Conticuit populus meus, eo quod non habuerit scientiam ».

Sed uidetur quod ignorantia non mereatur penam, quia excusat culpam. — Et dicendum quod ignorantia potest dicere tantum negationem scientie ; et sic nec penam nec ueniam meretur, sicut ignorantia geometrie in rusticis. Potest etiam dicere priuationem scientie, ita quod relinquat debitam aptitudinem in subiecto ; et sic constat quod nescire illa que quis potest et tenetur scire, uitiosum est.

Secundo ponit penam contra species gule : et sic ponit famem et sitim, que respondent ei quod est prepropere quantum ad causam, quia fames causatur ex hoc quod aliquis tardat nimis sumere cibum ; ac si diceret : Vos nimis cito comedebatis, sed tantum tardabitis quod esurietis. Iterum respondet illi speciei que est ardenter quantum ad genus suum, est enim fames desiderium cibi. Vnde dicit *et nobiles* ; et ponit sitim contra multitudinem uulgi, que ad minus aqua sitim extinguere consueuit ; contra nobiles autem, qui habundabant in cibariis quandoque siti grauatis, ponit famem, Tren. IV[9] « Melius fuit occisis gladio quam interfectis fame ».

Secundo contra aliam speciem que est nimis ponit insatiabilitatem captiuantium in captiuitatem, unde dicit *Propterea infernus dilatauit*, id est mors uel dyabolus, *animam suam*, quantum ad affectum, *aperuit os*, quantum ad effectum. Et loquitur more humano, quia infernus non habet animam, Prou. xxvii[20] « Infernus et perditio numquam replentur ». Vel infernus dicitur Nabuchodonosor, Abacuc II[5] « Dilatauit infernus animam suam, et ipse quasi mors, et non adimpletur ».

tertio eorum uilitatem et despectionem uel dispersionem : *erit in ostensione* derisionis, *sicut terebintus*, quedam arbor que in Damasci partibus magna est, in Grecia parua, *et sicut quercus que expandit ramos suos* : in quo eorum dispersio signatur, Eccli. XXIV[22] « Ego quasi terebintus extendi ramos meos ».

Semen sanctum. Hic ponit terminum quantum ad sanctitatem bonorum. Unde dicit *Semen sanctum*, id est uirorum perfectorum qui diuine obediunt uisioni, et aliorum sanctorum de Iudeis ; *quod steterit*, non cadens per infidelitatem, infra ult. « Quia sicut celi noui et terra noua que ego facio stare coram me, dicit Dominus, sic stabit semen uestrum et nomen uestrum ». Alii exponunt in bonum : *multiplicabitur*, post reditum de captiuitate, *in medio terre* sue, *et adhuc in ea decimatio*, que relinquetur ad cultum Dei post multorum necem, *et conuertetur* ad Deum, *et erit in ostensione* glorie.

501 uisioni] iussioni Pπ

493 in Damasci... : cf. Plinius *Naturalis hist.* XIII c.6 n.12 « Circa Idam Troadis et in Macedonia brevis arbor haec...in Syria magna » (ed. Didot, Paris 1865, p. 405). 502 Is. LXVI[22]. 505 Alii : cf. Guill. de Altona « legitur etiam in bono illud » (ms. f.11 rb).

CAPITVLVM VII

[1] Et factum est in diebus Achaz filii Ioathan filii Ozie regis Iuda, ascendit Rasin rex Syrie et Facee filius Romelie rex Israel in Ierusalem ad preliandum contra eam, et non potuerunt debellare eam. [2] Et nuntiauerunt domui Dauid dicentes : Requieuit Syria super Ephraim. Et commotum est cor eius et cor populi eius sicut mouentur ligna siluarum a facie uenti. [3] Et dixit Dominus ad Ysaiam :

Et factum est in diebus Achaz, filii Ioatham. Hic ponitur comminatio contra hostes duarum tribuum. Et diuiditur in duas : in prima ponitur comminatio contra persecutores populi ; in secunda contra contemptores prophetarum uaticinium, cap. XXVIII *Ve corone superbie.* Prima in duas : in prima comminatur hostium deiectionem ; in secunda ponit gratiarum exultationem, cap. XXV *Domine Deus meus es tu.* Prima in duas : in prima singulorum in speciali ; in secunda omnium in generali, XXIV cap. *Ecce Dominus dissipabit.* Prima in tres : in prima contra hostes corporaliter persequentes ; in secunda contra hostes potestatem prebentes, cap. XVII *Honus Damasci* ; in tertia contra hostes in rebus calumpniantes, cap. XXI *Honus deserti maris.* Prima in duas : in prima contra persecutores eiusdem gentis ; in secunda contra alienigenas, cap. X *Ve qui condunt leges iniquas.* Prima in duas : in prima comminatur impii frustrationem per liberationem duarum tribuum ; in secunda ipsorum destructionem, cap. VIII *Et dixit Dominus ad me.* Prima pars, que continetur in hoc capitulo, diuiditur in tres : in prima describitur imminens periculum ; in secunda promittitur liberationis beneficium : *Et dixit Dominus ad Ysaiam* ; in tertia confertur liberationis signum, ibi *Et adiecit.*

Ad euidentiam autem prime partis sciendum est quod Achaz fuit impius et ydolatra, sicut legitur IV Reg. XVI[2-4] et II Paral. XXVII ; et ideo Dominus tradidit eum in manu regis Syrie et Samarie, qui primo uenerunt contra eum, et obsidentes Ierusalem tandem deuincentes ipsum, magnam partem exercitus sui ceperunt et principem exercitus eius. Iterum ex illa uictoria confisi, uenerunt ut omnino priuarent eum regno et substituerent alium loco eius. Et in hoc secundo aduentu consolatur eum Ysaias.

Tria ergo ponuntur in prima parte. Primo describitur hostium congregatio, unde dicit *Et factum est in diebus Achaz.* Reducit autem genealogiam usque ad Oziam, quia forte in percussione Ozie qua percussus est lepra a Domino, II Paral. XXVI[19-23], qui tamen iustus fuerat, acceperunt audaciam inuadendi, quasi contemnentes diuinum auxilium. *Ascendit,* hoc dicitur propter situm terre, quia Iudea in montanis est ; *Phacee,* qui interfecit Phaceiam regem Israel, cuius princeps militie erat, et regnauit pro eo ; *et non potuerunt,* in prima uice, quamuis regem in campo deuincerent. Vel loquitur per anticipationem, quantum ad secundam ascensionem.

Secundo ponit huius denuntiationem : *Et nuntiauerunt,* sui exploratores, *domui Dauid,* id est domui regie, *dicentes : Requieuit Syria super Ephraym,* id est rex Syrie cum rege decem tribuum, que Ephraym dicuntur propter primum regem qui de Ephraym fuerat, III Reg. XII, uel propter dignitatem ; sunt amicitia iuncti qui tamen fuerunt prius inimici, sicut legitur III Reg. ult. et penult. Et dicit *Syria super Ephraym,* ut notetur principalitas in regno Syrie, quia fortius erat.

Tertio ponitur denuntiationis effectus, perturbatio scilicet regis et suorum : *Et commotum est cor populi eius,* uel *cor eius,* scilicet regis, Eccli. XXII[23] « Sic et cor trepidum in cogitatione fatui », Prou. XXI[15] « Et pauor operantibus iniquitatem », Matth. II[3] « Audiens autem Herodes rex turbatus est, et omnis Ierosolyma cum illo ».

Et dixit Dominus ad Ysaiam. Hic promittitur liberatio. Et primo ponitur promissionis modus ; secundo ipsa promissio : *Et dices ad eum.* Modus

20 impii *coni.*] ip̄i(*vel* ipsi) *codd.* 37 substituerent] -erunt F 53 huius *coni.*] hic *codd.* 59 iuncti] coniuncti F 63 Tertio] secundo Fπ

25 Vers. 3. 27 Vers. 10. 30 Rectius II Paral. XXVIII[1-4]. 31 tradidit... : ibid. vers. 5-8. 35 Iterum... : cf. *Glossa marg.* ex Hier. (102 B ; 96). 48 interfecit... : IV Reg. XV[28]. 57 dicuntur : cf. Hugo et *Glossa interlin.* ex Hier. (103 C ; 97). 58 Rectius III Reg. XII[20] ; cf. XI[26]. 60 Rectius ut videtur IV Reg. XV[37] et XVI[5-7].

Egredere in occursum Achaz, tu et qui derelictus est Iasub filius tuus ad extremum aqueductus piscine superioris in uia agri fullonis. [4] Et dices ad eum : Vide ut sileas, noli timere, et cor tuum ne formidet a duabus caudis titionum fumigantium istorum, in ira furoris Rasin et Syrie et filii Romelie, [5] eo quod consilium inierit contra te Syria malum et Ephraim et filius Romelie dicentes : [6] Ascendamus ad Iudam et suscitemus eum et auellamus eum ad nos et ponamus regem in medio eius filium Tabeel. [7] Hec dicit Dominus Deus : Non erit istud et non stabit. [8] Set caput Syrie Damascus et caput Damasci Rasin ; et adhuc sexaginta et quinque anni et desinet Ephraim esse populus ;

autem ponitur primo quantum ad personam nuntiantem : *dixit Dominus ad Ysaiam*, interius inspirando, uel loquens per subiectam creaturam : *Egredere in occursum Achaz*, qui forte propter timorem hostium iuerat ut prepararet se ad resistendum. Secundo quantum ad testem : *et qui derelictus est Iasub* tibi, alio fratre, scilicet Rapsace, ex matre nobiliore nato, fugiente ad regem Assyriorum, quia non bene receptus fuit ab Achaz : de quo infra xxxvi[2] ; Deut. xix[15] « In ore duorum aut trium stabit omne uerbum ». Tertio quantum ad locum : *ad extremum*. Ad cuius euidentiam sciendum est quod, quia Ierusalem in montanis est, non habundat aquis fluentibus, et ideo habebant aquas collectas in piscinis uel ex pluuiis uel ex longinquis fontibus per aqueductus. Erant autem tres piscine in Ierusalem : una que erat ad usum sacerdotum et sacrificiorum, que dicitur probatica piscina, de qua Io. v[2] ; secunda erat inferius in ciuitate, que munda seruabatur ad communem usum ciuitatis ; tertia erat extra ciuitatem, que habebat aquam immundam, in qua fullones lauabant lanam et erat ad huiusmodi usus : et ab illa piscina dicitur totus ' fullonis ager '. Et sic patet quod dicitur in littera.

Et dices ad eum. Hic ponit promissionem : et primo ponit confortationem ; secundo confortationis rationem : *a duabus caudis* ; tertio incredulorum condempnationem, ibi *Si non credideritis*. Confortat autem prohibens timoris signum : *Vide ut sileas*, id est caue ne timorem cordis exterius prodas, infra xxx[15] « In silentio et in spe erit fortitudo uestra », eodem xxxii[17] « Et erit opus iustitie pax et cultus iustitie, silentium et securitas usque in sempiternum ». Et etiam ostendit timoris transitum : *noli timere* mala futura, *et cor tuum ne formidet* propter memoriam malorum que passus es, infra xliii[5] « Noli timere, quoniam ego tecum sum ; ab oriente educam semen tuum, et ab occidente congregabo te ».

A duabus caudis. Hic ponit confortationis rationem. Et primo ostendit proponentium uanitatem, qui magna proponunt, qui tamen nichil uel parum possunt subsistere : *duabus caudis*, quia in eis finitum est regnum. Rasym enim interfectus est a Teglatphalasar, IV Reg. xvi[9], et sui in captiuitatem ducti ; sed Phacee subiugatus fuit et postea interfectus ab hoste, qui postmodum captus est a rege Salmanasar, et decem tribus captiuate, IV Reg. xvii[3-6]. *Fumigantium* : tunc enim sunt uicini extinctioni. *Et suscitemus eum*, quasi sompno quiescentem, *et auellamus*, trahamus in potestatem nostram. *Filium Tabeel*, ad litteram quendam hominem, uel ydolum dei nostri ; *Tabeel*, bonus Deus.

Secundo quantum ad propositi frustrationem : *Hec dicit Dominus*, qui omnia potest, *Non erit istud*, quia non perducetur ad effectum, *et non stabit*, quia non diu durabunt in tali proposito, maioribus malis in eos irruentibus, infra viii[10] « Inite consilium, et dissipabitur ; loquimini uerbum, et non fiet : quia nobiscum Deus ».

Tertio quantum ad hostium destructionem ; et primo quantum ad Assyrios : *Sed caput Syrie*, quasi dicat : sed interim, et antequam destruantur ; *caput Syrie Damascus*, quasi : erunt Damasceni et rex eorum contenti suis finibus. *Et adhuc sexaginta et quinque anni*, quia captiuabuntur. Isti anni non debent computari a tempore huius prophetie sed a tempore quo Ozias percussus est lepra, quia tunc assumpserunt audaciam, uigesimo sexto anno regni eius. Et ex tunc Ioatham filius eius regnauit uiuente patre uiginti et septem annis, et postea sexdecim, et postea Achaz sexdecim, et postea Ezechias, cuius sexto anno captus est populus, IV Reg. xxvii. Et hii omnes collecti

73 ponitur primo *inv.* Fπ 102 confortat] -tans π confirmat F 105 eodem sBo] et F *om. cet.* 114 ostendit] ponit F 115 qui²] cum F 116 possunt] possint Bo 118 Teglathphalasar] theglaphalasar F thelgalphalasar Bo π 120 hoste *codd.*] *an legendum* Osee ? 123 Et *om.* Fπ 125 Tabeel] tebeel Bo *(et sic infra)* 129 Hec *scripsi.*] hic *codd.* 140 quia] et *add.* F 145 annis F] *om. cet.* 147 captus] captiuatus F

79 alio fratre : cf. *Glossa marg.* 120 interfectus... : cf. IV Reg. xv[30]. 126 uel ydolum... : *Glossa marg.* ex Hier. (104 A ; 98). 140 Isti anni... : cf. Hugo vel Haymo (760 A-B) ex Hier. (104 B-C ; 99). 148 Rectius IV Reg. xviii[10].

[9] et caput Ephraim Samaria, et caput Samarie filius Romelie. Si non credideritis, non permanebitis. [10] Et adiecit Dominus loqui ad Achaz dicens : [11] Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum inferni siue in excelsum supra. [12] Et dixit Achaz : Non petam et non temptabo Dominum. [13] Et dixit : Audite ergo domus Dauid. Nunquid parum uobis est molestos esse hominibus quia molesti estis et Deo meo ? [14] Propter hoc dabit Dominus ipse uobis signum.

sunt sexaginta et quinque anni. *Et caput Ephraym* : ut supra.

Si non credideritis. Hic ponit incredulorum condempnationem. *Si non credideritis*, scilicet promissis Domini, etiam uos *non permanebitis* in terra uestra, sed captiuabimini, Abacuc II[4] « Ecce qui incredulus est non erit recta anima eius in semet ipso ». Et dicit hoc quia Achaz non credens prophetie inuocauit auxilium regis Assyriorum Teglathphalasar ut adiuuaret eum, qui ad petitionem eius uenit et destruxit Damascum et regem interfecit ; et cum dedisset sibi munera, tamen nichil sibi profuit, sicut dicitur II Paral. XXVIII[21].

Et adiecit loqui ad Achaz. Hic ponitur liberationis signum. Et primo datur optio ad signum eligendum ; secundo confertur signum ad credendum : *Propter hoc dabit.* Circa primum tria ponuntur. Primo optio eligendi signum conceditur : et dixit Dominus *ad Achaz* — quia prophetas contempnebat, ipse per se dixit : quia uidetur durum quod tam potentes reges ita cito destruantur —, *pete tibi signum*, ut credas, *a Domino Deo tuo.* Ex hoc uidetur quod sit sermo prophete ; et dicendum quod mos est hebraici sermonis ut utatur nominibus pro pronominibus : unde *a Domino Deo tuo*, id est a me. Vel est uerbum Domini per inspirationem et prophete per denuntiationem, infra VIII[19] « Numquid non propheta a Deo suo ». *In profundum inferni*, ut aperiatur terra et infernus pateat, sicut in subuersione Dathan et Abiron, Num. XVI[31-33] ; uel per infernum inferiora elementa, sicut Moyses de terra locustas et cinifes, Exo. IX ; *siue in excelsum supra*, sicut Iosue in statione solis X[12-13], « Iudei enim signa querunt », I Cor. I[22].

Secundo oblati refutatio : *Et dixit : Non petam*, uel quia in ydolis confidebat, uel in rege Assyriorum, uel inuidens Dei glorie, uel quia timebat offendere Deum in angustia positus, infra XXVI[16] « Domine, in angustia requisierunt te ». Unde dicit *Non temptabo*, innixus ei quod dicitur Deut. VI[16] « Non temptabis Dominum Deum tuum ». Sed male intellexit, quia licebat ei auctoritate Domini petere signum, sicut Gedeon in uellere, Iud. VI[36].

Tertio ponitur refutantis increpatio : *Et dixit*, scilicet Ysaias : Ergo ex quo tam rebelles estis, *audite ergo domus Dauid*, propter consensum in malitia regis, uel quia Dauid promissus Christus datur signum, Ps. « De fructu uentris tui ponam super sedem ». *Numquid parum uobis est*, ad merendam diuinam iram, *esse molestos hominibus* quos spoliatis, uel prophetis quibus non creditis ; *quia molesti estis*, per rebellionem, *Deo meo*, non uestro, cui non obedistis, Ier. XXIII[33] « Vt quid uobis honus ? Proiciam quippe uos, dicit Dominus».

Propter hoc. Hic datur signum ad credendum. Et primo confertur signum liberationis ; secundo comminatur incredulis penam destructionis : *Adducet Dominus.* Hoc autem signum est de Christi incarnatione. Sed contra hoc obiciunt Iudei multipliciter. Primo quia Dominus dabat signum illius liberationis ad quam nichil consonat Christi incarnatio. — Ad quod dicendum quod incarnatio Christi significat ipsam quasi per locum a maiori : quia si Deus dabit Filium suum ad salutem totius mundi, multo magis potest saluare uos ab istis hostibus, Ro. VIII[32] « Qui proprio Filio suo non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum » ; uel quasi causa motiua, hoc enim quasi mouit Dominum quod multa bona illi populo, quamuis iniusto, concedantur, quia de illo prouiderat Filium suum incarnandum.

152 promissis] -ssionis(-ni V) π -issio F 156 dicit] dixit Fπ 158 Teglathphalasar] teglaphalaphar F tegalphalasar *cet.* 167 contempnebat *coni.*] condempnabant(-bat F) *codd.* 176 propheta] *sic codd.* 180 cinifes F] -fex Bo scinifes π 185 in ydolis *post* confidebat F 185 rege] regno(*et in marg.* uel rege) Bo regno uel in rege π 199 sedem] tuam *add.* Fπ est *om.* F 200 esse *coni. cum* V] et(*del.* sBo) *cet.* 203 Vt quid] numquid F 204 quippe uos *inv.* Fπ 211 illius *om.* F Christi incarnatio *inv.* F 216 suo *om.* Fπ 218 enim] est Fπ 220 prouiderat] -deat Fπ

150 supra : lin.56-62. 157 inuocauit... : II Paral. XXVIII[16] et IV Reg. XVI[7]. 176 propheta : « populus » Ω et infra cap.8, 506. 181 Rectius Exodi X[4,12] et VIII[16]. 182 querunt : ita Thomas infra, cap.38, 184 ; « petunt » Ω *Clem.* 185 in ydolis : cf. II Paral. XXVIII[23]. uel in rege : ibid. vers. 16. 186 inuidens : cf. *Glossa marg.* ex Hier. (106 D ; 102). 198 Ps. CXXXI[11]. 201 uel prophetis... : cf. *Glossa interlin.* 209-288 obiciunt... : conferre licet Richardus de S. Victore *De Emmanuele*, prol. (PL 196, 601-603) ubi traduntur « obiectiones magistri Andreae secundum quod Iudaei solent nobis opponere de nostro Emmanuele » ; quae inveniuntur in ms. Paris Maz. 175, f. 59 ra.

Ecce uirgo concipiet et pariet filium, et uocabit nomen eius Emmanuhel ;

Item obiciunt quia signum sequens datur ad presentes, sed incarnatio non fuit facta temporibus illorum, et sic uidetur quod hoc nullum sit signum. — Ad quod dicendum quod incarnatio, quamuis non fuerit facta presentibus illis hominibus, fuit tamen manente domo Dauid : unde dicit ' Audite domus Dauid ', non autem ' Audi Achaz '.

Item obiciunt quia signum debet precedere signatum ; sed incarnatio fuit diu post liberationem illam : ergo non fuit signum eius. — Ad quod dicemdum quod signum quandoque sequitur signatum, sicut Deut. XVIII[22] « Hoc habebis signum : quod in nomine Domini propheta ille predixerit et non euenerit, hoc Dominus non est locutus » ; quandoque est simul, II Reg. V[24] « Cum audieris sonitum gradientis in cacumine pirorum, tunc inibis prelium » ; quandoque precedit, sicut Iud. VII[5-7] de Gedeone, ubi datum est signum quod uincere debebat in hiis qui aquam manibus lambuerant. Et oportet de necessitate quod hoc signum sequatur, etiam secundum quod ipsi exponunt : si enim precedit, tunc puer parum fuit natus ante mortem Phacee qui regnauit uiginti annis, cuius decimo septimo anno regnauit Achaz, qui regnauit sexdecim annis ; ergo Achaz regnauit tredecim annis post mortem eius. Et Osee regnauit duodecimo anno Achaz, cuius nono anno Samaria capta est, qui fuit sextus annus post mortem Achaz ; ergo in captiuitate Samarie ad minus habebat puer decem et nouem annos : ergo falsum est quod infra dicitur quod puer nesciebat uocare patrem et matrem.

Item obiciunt quod in hebreo non est uirgo sed alma, que apud eos significat iuuenculam nubilem, sicut habetur Gen. XXIV[16] de Rebecca, ubi nos habemus ' Puella decora nimis ' et ipsi habent ' alma ' ; et si etiam habeatur ' bethula ', quod apud eos significat uirginem, non oportet quod manens uirgo conciperet, quia poterat esse quod que tunc erat uirgo postea ex semine uiri corrupta concepisset. — Ad quod dicendum quod nullum signum esset si iuuencula conciperet et etiam uirgo corrupta ; Dominus autem aliquod magnum uoluit significare cum dixit *In profundum inferni siue in excelsum supra*. Ideo autem apud nos ponitur magis ' alma ' quam iuuencula, quia ' alma ' significat uirginem secundum nominis originem, et adhuc plus : custoditam, de qua non possit esse mali suspicio ; sed bethula significat secundum usum loquendi posteriorem.

Exponunt autem Iudei dupliciter : quidam de Ezechia, quidam de filio Ysaie quem fingunt esse Emanuel uocatum. Sed quod primum non possit stare, sic ostenditur quia Ezechias erat uiginti quinque annorum quando cepit regnare, II Reg. XVIII, et Achaz regnauit sexdecim annis, IV Reg. XVI[2] ; ergo Ezechias erat nouem annorum quando pater suus incepit regnare, et sic non promittitur hic nasciturus. Preterea, quomodo nescisset uocare patrem et matrem, cum sexto anno regni eius capta fuerit Samaria ? Item, quod secundum non possit stare ostenditur quia hoc nullum signum fuisset ; et preterea filius Ysaie non fuit dominus Iudee, cum tamen dicatur infra VIII[8] terra Iudea esse Emanuel possessiue. Et ideo oportet quod intelligatur de Filio Dei.

Secundum hoc ergo tria facit. Primo promittit signum : *Propter hoc*, quia uos non uultis petere, *ipse dabit signum uobis* uestre liberationis. Hoc etiam signum datum est pastoribus, Luce II[12] « Et hoc uobis signum : inuenietis infantem pannis inuolutum » etc.

Secundo ponitur ipsum signum : *Ecce uirgo*. Et primo ponitur miraculosa conceptio : *Ecce uirgo*, manens uirgo, *concipiet*, in partu, *pariet filium*. Secundo mirabilis generati uocatio ; et primo quantum ad diuinitatem : *uocabit*, scilicet uirgo ; uel *uocabis* tu, Iuda, in periculis ; *nomen eius Emanuel*, quod est interpretatum Nobiscum Deus, Matth. I[23] « Vocabis nomen eius Emanuel ». Et hoc totum nullum simile habet in aliis, quia nouum est, Ier. XXXI[22] « Creauit Dominus nouum super terram : mulier — uel femina — circumdabit uirum », unde perfectum hominem in ipsa conceptione, quamuis non secundum quantitatem perfec-

224 nullum] non F 230 quia] quod Fπ 238 Cum] autem *add.* F curua π 259 bethula *scripsi. cum* sBo] uetula *cet.* 271 bethula sBo] uetula *cet.* 275 Emanuel F] manuel *cet.* 279 nouem *conl.*] 6 F vj π *dub.* Bo 283 fuerit] esset Fπ 284 quia hoc nullum] quod hoc non F 290 quia] quod F 292 pastoribus F] *om. cet.* 296 conceptio] quantum ad conceptum genere *add.* F 303 simile habet *inv.* F 305 uel femina *marg.* Bo] *om.* Fπ 306 unde F] unum π *om.* Bo

245 Phacee...annis : IV Reg. XV[27]. 246 cuius...Achaz : IV Reg. XVI[1]. 247 sexdecim annis : ibid. vers. 2. 248 Osee...Achaz : IV Reg. XVII[1]. 249 nono anno... : IV reg. XVIII[10]. 256 apud eos : cf. Hier. (107 C ; 103). 267 apud nos : cf. ibid. (108 B ; 103). 273 dupliciter... : cf. Hugo. 276 ostenditur... : cf. Hier. (109 C ; 105). 278 Rectius IV Reg. XVIII[3]. 300 uel uocabis : *Glossa interlin.* ex Hier. (109 B ; 104). 305 « femina » Ω et ipse Thomas *Super Ier.* XXXI[22].

15 butyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum et eligere bonum ; 16 quia antequam sciat puer reprobare malum et eligere bonum derelinquetur terra quam tu detestaris a facie duorum regum suorum. 17 Adducet Dominus super te et super populum tuum et super domum patris tui dies qui non uenerunt a diebus separationis Ephraim a Iuda cum rege Assyriorum. 18 Et erit in die illa, sibilabit Dominus musce que est in extremo fluminum Egypti, et api que est in terra Assur,

tam, sicut dicit Augustinus super illud Io. <II[20]> « Quadraginta et sex annis edificatum est » etc. ; et ideo est super hominem, quia « nichil nouum sub sole », Eccl. I[10]. Vnde concordantia alia non potest haberi de ipsa prophetia nisi ipsa hystoria : Luce I[31] « Ecce concipies et paries filium », significatum Ez. XLIV[2] « Porta hec clausa erit et non aperietur, et uir non transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam ».

Secundo quantum ad humanitatem : *butyrum et mel comedet*, ad litteram cibos uiriles, quia ab infantia ad modum aliorum se habuit, Sap. VII[3] « Et ego natus accepi communem aerem, et in similiter factam decidi terram, et primam uocem similem omnibus emisi plorans ». Vel a parte ad totum, secundum regulam quartam Tyconii : per hos enim omnes humanos cibos intelligit. *Vt sciat* : ' ut ' consecutiuum est, quia talibus uescens adhuc puer *sciat reprobare malum*, sine experimento, *et eligere bonum*, sine consilio, perfectam habens omnium scientiam. Hoc promiserat dyabolus sed non soluit, Gen. III[5] ; sed Deus gratis dedit, Sap. VII[17] « Ipse enim michi dedit horum que sunt scientiam ueram, ut sciam dispositionem orbis terrarum et uirtutem elementorum ». Vel ' ut ' est causale : *ut sciat*, id est ut ostendat se scire, quia per cibos perductus est ad perfectam etatis quantitatem, in qua ostendit se scire. Augustinus : per butyrum, humanitatem, quod de terre nutrimento uenit ; per mel, diuinitatem, quod de rore celi colligitur, super illud Cant. IV[11] « Mel et lac ». Habuit tamen naturam sine corruptione, sicut butyrum sine caseo ; et portauit consolationem sine iudicio, quasi mel sine aculeo ; Bernardus : « Elegit puer noster nouiter concipi, quia naturam nostre carnis accepit sine corruptione. Similiter apis mel nobis attulit, non miscens aculeum ». « Non enim uenit ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum », Io. VI. Et sic est etiam causale. Et hoc est signum de deorsum ex parte virginis parientis, et desursum ex parte Dei nascentis, Ps. « Dominus dabit benignitatem, et terra nostra dabit fructum suum ».

Tertio ponitur signi adaptatio : *quia antequam sciat*, id est antequam nascendo scientiam creatam assumat ; *terra*, Samarie et Syrie, IV Reg. XVI[9], XVII[3-5].

Adducet Dominus. Hic ponit comminationem contra non credentes signum. Et primo ostendit pene grauitatem ; secundo pene ordinem : *Et erit in die illa* ; in tertia pene effectum : *Et erit in die illa nutriet homo*. Ostendit autem grauitatem ex precipientis auctoritate : *Adducet Dominus*, qui potens est, Exo. XV[3] « Dominus omnipotens nomen eius » ; ex pene uniuersalitate : *super te*, per Teglathphalasar, *et super populum .tuum*, *et super domum patris tui*, quantum ad posteros tuos, per filios tyrampnos ; ex precedentium comparatione : *dies*, tam mali, et dicuntur mali propter culpam, Matth. VI[34] « Sufficit diei malitia sua », Ephes. V[16] « Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt » ; propter penam : *qui non uenerunt a diebus separationis*, III Reg. XII ; <ex> exequentis potestate : *cum rege Assyriorum*, Nabuchodonosor, quia regnum Caldeorum et Assyriorum sub ipso unum fuit, et a principio unum fuerat ; Assyrii enim de Caldeis egressi sunt, Gen. X[11], Ier. XXV[9] « Nabuchodonosor seruum meum ».

Et erit. Hic ponit pene modum et ordinem. Et ponit tria. Primo hostium conuocationem : *sibilabit*, id est inspirabit, *musce*, id est regi Egypti qui occidit Iosiam, IV Reg. penult., et comparatur musce propter immunditiam ydolorum et luxurie que uiget in Egypto ; *in extremo fluminum*, quia etiam de ultimis partibus Egypti uenerunt, *et api*,

308 < II > *suppl.*] *spat. vac.* Bo F *om.* π 324 quartam F] *post* Tyconii π *om.* Bo 328 perfectam...dyabolus *om.* π 328 habens omnium *inv.* F 331 michi dedit *inv.* Fπ 332 scientiam ueram *inv.* Fπ 334 sciat F] sciam Bo π 339 celi colligitur *inv.* F 339 IV *om.* Bo π 344 sine corruptione *om.* F 356 ponit] dominus *add.* Fπ 364 Teglathphalasar] tegalaphasar F tegalphalasar Bo π 371 III Reg. XII Bo] 4 Reg.13.3 Reg.53 F IIII Reg..xiij.Reg.xiij π <ex> *suppl.*] *om.codd.* 372 potestate *coni.*]-atem *codd.* 374 fuerat] -runt F -rant π 375 XXV *coni.*] xxj sBo π xj F *om.* pBo

308 *De div. quaest. LXXXIII* q. 56 (PL 40, 39) ut refert Thomas *Super Iob.* cap. 2 lect. 3 ; cf. etiam *De Trin.* IV c. 5 (PL 42, 893 ; CCL 50, 72). 324 *Liber de septem regulis* (PL 18, 33) apud August. *De doctr. christ.* III c. 34 (PL 34, 83-84 ; CCL 32, 106) et apud Isid. *Sententiarum liber* I c. 19 (PL 83, 582). 326-334 consecutiuum...causale : cf. Andreas de S. Victore (ms. f. 59 vb) et apud Richardum (PL 196, 611 D). 337 Augustinus : fort. Alanus de Insulis *In Cant.* (PL 210, 81 D - 82 A). 341 sine caseo : sumi uidetur ex Bernardo « butyrum comedens caseum utique non comedit », ubi infra. 343 *Sermones de tempore* De adv. Domini sermo 2 (PL 183, 41 D - 42 B) 347 Io. VI : conflatum ex Ioh. III[17] et XII[47]. 350 Ps. LXXXIV[13]. 371 XII : vers. 16-19. 380 IV Reg. XXIII[29].

[19] et uenient et requiescent omnes in torrentibus uallium et in cauernis petrarum et in omnibus frutectis et in uniuersis foraminibus. [20] In die illa radet Dominus in nouacula acuta in hiis qui trans flumen sunt, in rege Assyriorum caput et pilos pedum et barbam uniuersam. [21] Et erit in die illa, nutriet homo uaccam boum et duas oues, [22] et pre ubertate lactis comedet butyrum; butyrum enim et mel manducabit omnis homo qui relictus fuerit in medio terre. [23] Et erit in die illa, omnis locus ubi fuerint mille uites mille argenteis et in spinas et in uepres erunt. [24] Cum sagittis et arcu ingredientur illuc; uepres enim et spine erunt in uniuersa terra. [25] Et omnes montes qui in sarculo sarientur, non ueniet illuc terror spinarum et ueprium, et erit in pascua bouis et in conculcationem pecoris.

scilicet Caldeis et Assyriis, quia ab anteriori habebant mel defensionis et a posteriori aculeum persecutionis, supra v[26] « Sibilabit ad eum de finibus terre ».

Secundo hostium multitudinem : *Et uenient, et requiescent omnes in torrentibus uallium*, quia in uallibus consueuerunt currere aque, propter commodum aquarum, *in cauernis*, propter munitionem, *in frutectis*, propter ligna, *in uniuersis foraminibus*, <propter> loca domorum, infra VIII[8] « Et erit extensio alarum eius implens latitudinem terre tue ».

Tertio captiuationem : *In die illa radet Dominus in nouacula*, id est per regem, *in hiis*, id est per hos, scilicet Assyrios ; *nouacula acuta*, de qua Ez. v[1] « Sume tibi gladium acutum radentem pilos, et assumens eum educes per caput tuum » ; *caput*, regem, *pedes*, artifices, *barbam*, milites qui sunt ad ornatum regis, IV Reg. ult., supra III[2] « Omnem uirum bellatorem, iudicem et prophetam ». Vel loquitur contra Egyptios qui erant adiutores : *in hiis*, id est Egyptiis, *conducta*, Ez. XXIX[19-20] « Et diripiet spolia eius, et erit merces exercitui eius, et operi pro quo seruiuit aduersus eam ».

Et erit in die illa, nutriet. Hic ponit pene effectum, uel signum destructionis. Primo in animalium paucitate : *duas oues, uaccam*, que erit propter pauca animalia, supra v[17] « Et deserta in ubertatem uersa aduene comedent ». Secundo ex uictualium parcitate : *butyrum et mel*, propter inopiam panis, Tren. IV[5] « Qui uescebantur uoluptuose interierunt in uiis ». Tertio ex paucitate hominum, primo in uilitate possessionum : in quo *fuerint mille uites*, Ier. XXXII[25] « Eme agrum argento et adhibe testes, cum urbs data sit in manus Caldeorum », Prou. XXIV[30] « Per agrum hominis pigri transiui et per uineam stulti uiri ; et ecce totum repleuerant urtice, operuerant superficiem eius spine » ; in multitudine latronum : *Cum sagittis et arcu*, scilicet cum fugietis, ingredientur, infra XXIV[17] « Formido et fouea et laqueus super te et super habitatores terre ». Quarto in pauore hostium, quia colent montes et dimittent plana : *Et omnes montes*, Ier. XLIX[13] « Et omnes ciuitates eius erunt in solitudines », et infra « Et apprehendere niteris altitudinem collis ».

Notandum super illo uerbo *uocabitur nomen eius Emanuel*, id est Nobiscum Deus, quod Christus est nobiscum multipliciter. Primo tamquam frater per nature consortium, Cant. VIII[1] « Quis michi det te fratrem meum suggentem ubera matris mee ut inueniam te foris et deosculer te? ». Secundo tamquam sponsus per amoris uinculum, Io. XIV[23] « Si quis diligit me, sermonem meum seruabit ». Tertio tamquam pastor, per interne consolationis solatium, Apoc. III[20] « Ecce ego sto ad ostium et pulso : si quis audierit uocem meam et aperuerit ianuam, intrabo ad illum et cenabo cum illo ». Quarto tamquam saluator per defensionis auxilium, Ier. XXX[10] « Tu ergo ne timeas, serue meus Iacob, ait Dominus, neque paueas Israel, quia ecce ego saluabo te de terra longinqua ». Quinto tamquam ductor per operis exemplum, Exo. XXXII « Dominus solus dux eius fuit ».

Notandum super illo uerbo *Ecce uirgo*, quod dicitur *Ecce* propter eminentiam singularem : primo quia supra mulieres propter uirginitatem, unde dicit *Ecce uirgo* ; secundo supra uirgines propter fecunditatem, unde dicit *concipiet* ; tertio supra angelos omnes propter fructus dignitatem, unde dicit *pariet Filium*, Hebr. II[16] « Numquam angelos apprehendit, sed semen Abrahe apprehendit ».

384 anteriori *coni.*] interiori *codd.* 393 < propter > *suppl.*] *om. codd.* 396 captiuationem] captionem π die illa *inv.* Fπ radet] tradet Fπ 400 educes] educens F deducens π 405 conducta] Ez. 19. et adduxerunt eum in cathenis in terram egypti *add.* Bo *(et del. per va-cat)* 410 uaccam] uberta etc. *add.* F 415 in uiis] nimis Fπ 416 fuerint] -runt Fπ uites *om.* F 417 Eme] erit michi etc. *add.* F 421 operuerant] -erunt Fπ 427 Et *om.* Fπ 433 Quis] qui Fπ 439 III] 4 F *om.* π 446 ductor] doctor Fπ 448 Notandum] nota Fπ 449 singularem *coni.*] singuli π singularitatem F *dub.* Bo

402 IV Reg. XXV[18-21]. 405 Vel... : cf. Hier. (112 B ; 108). 424 et...habitatores : « qui habitator es » Ω et *Vulg.* 428 infra : ibid. vers. 16. 430 Cf. vers. 14. 446 Rectius Deut. XXXII[15]. 448 Cf. vers. 14.

CAPITVLVM VIII

[1] Et dixit Dominus ad me : Sume tibi librum grandem et scribe in eo stilo hominis : Velociter spolia detrahe, cito predare. [2] Et adhibui michi testes fideles, Vriam sacerdotem et Zachariam filium Barachie. [3] Et accessi ad prophetissam, et concepit et peperit filium. Et dixit Dominus ad me : Voca nomen eius : accelera, spolia detrahe, festina predari.

Et dixit Dominus ad me : Sume tibi librum. Hic predicit destructionem decem tribuum in quantum pertinet ad eorum penam. Que facta est per Assyrios : primo Teglathphalasar, regnante Phacee, captivante duas tribus et dimidiam que erat trans Iordanem, et plurimos de tribu Zabulon et Neptalim, III Reg. xv ; et postmodum Salmanasar in captiuitatem reducente residuas, IV Reg. xviii$^{9-12}$. Huius autem tribulationis etiam due tribus fuerunt participes quia a Teglathphalasar afflicti sunt, ut dicitur II Paral. xxix, et a Sennacherib, sicut dicitur infra xxxvi, non tamen omnino subiugate. Et diuiditur in partes duas : in prima predicit tribulationem ; in secunda modum ipsius et ordinem, cap. ix, *Primo tempore alleuiata est terra.*

Hoc autem capitulum diuiditur in partes tres : in prima comminatur decem tribubus Assyriorum destructionem ; in secunda predicit in hac duarum tribuum afflictionem, ibi *Et ibit per Iudam inundans* ; in tertia confortat eos per futuram liberationem, ibi *Congregamini*. Circa primum duo facit : in prima ponitur destructionis signum ; in secunda describitur ipsum factum, ibi *Et adiecit Dominus*. Circa primum duo ponit : primo ponit pene prefigurationem ; in secunda signi expressionem, ibi *Quia antequam sciat*. Hoc autem signum Iudei ad litteram exponunt de filio Ysaie, per cuius nomen Dominus significare uolebat decem tribuum destructionem. Et secundum hoc, signum tripliciter confirmat : primo scripto ; secundo testimonio, ibi *Et adhibui* ; tertio ipso facto, ibi *Et accessi*.

Circa primum tria ponit, scilicet in quo scribendum : *librum grandem*, ad litteram enim grandem ad significandum magnitudinem tribulationis, Ier. xxxvi[2] « Tolle uolumen libri, et scribes in eo omnia que locutus sum tibi aduersus Israel et Iudam ». Secundo quo scribendum : *stilo hominis*, id est plane, ut intelligi possit et ut scriptum maneat, Abacuc ii[2] « Scribe uisum, et explana eum super tabulas, ut percurrat qui legerit eum ». Tertio quid scribendum, nomen scilicet uastaturi significans futuram destructionem in breui : *detrahe spolia, predare*, hoc est depredare. Hec uerba possunt esse Domini ad prophetam, et sic sumuntur materialiter ; uel ad hostes, et sic significatiue, infra x[6] « Et contra populum furoris mei mandabo illi ut auferat spolia et diuidat predam ».

Et adhibui michi. Hic confirmatur signum testimonio ; *testes fideles*, Deut. xix[15] « In ore duorum uel trium stet omne uerbum ».

Et accessi ad prophetissam. Hic confirmatur facto, quia aliquando prophete pronuntiabant futurum aliquid etiam ipso facto, sicut infra xx[2] « Vade, et solue saccum de lumbis tuis, et calciamenta tua tolle de pedibus tuis : et fecit sic, uadens nudus et discalciatus ». Vnde intelligitur ad litteram quod accessit ad uxorem suam. Vnde duo ponuntur : primo pueri generatio : *Et accessi* ; secundo generati uocatio, *Voca nomen : accelera*, quasi : festina ad faciendum ; *detrahe spolia*, ut supra. Vel secundum aliam litteram Ieronimi : *accelera, spolia detrahe* ; et hoc melius est, quia secundum hoc non est plus in nomine quam fuerit in scripto.

Contra hoc quidam multipliciter obiciunt quod non possit ad litteram intelligi, primo quia cum

14 predicit] dicit Fπ 16 terra F] *om. cet.* 17-20 in prima...afflictionem *om.* F 19 hac] has π *def.* F 22-25 in prima...ponit[1] F] om. *cet.* 37 xxxvi] 26 F xxiiij π 38 et Iudam *om.* Fπ 39 quo] quomodo π quibus F 42 eum] eam Fπ 45 hoc est F] hoc π hic Bo 47 sumuntur] -itur F 53 uel] aut Fπ 54 prophetissam] prophetam Fπ

7 Rectius IV Reg. xv[21]. 9 Cf. etiam IV Reg. xvii[3-7]. 11 Rectius xxviii[20]. 20 Vers. 8. 22 Vers. 9. 27 Vers. 4. Iudei : cf. Guerricus (ms. f. 37 vb) et Andreas de S. Victore (ms. f.59 rb) apud Richardum (PL 196, 602 B). 47 materialiter...significatiue : cf. Hugo. 49 diuidat *cum* Ω^{S} : « diripiat » Ω^{M} et Thomas infra cap.10, 99. 63 supra : lin. 43-45. 64 aliam...melius est : cf. Hugo « Ieron. ponit hanc litteram ' Accelera spolia detrahe ', que videtur verior ». 67 quidam : velut S. Langton (ms. f.182 va), Hugo ; cf. Richardus *De Emmanuele* I c.4 (PL 196, 609 C).

[4] Quia antequam sciat puer uocare patrem suum et matrem suam auferetur fortitudo Damasci et spolia Samarie coram rege Assyriorum.

pauca sint que scribi precipiuntur, non oportebat esse librum grandem; secundo quia non est probabile quod propheta honestus homo testes adduxerit quando accessit ad uxorem suam; tertio quia Vrias fecit altare ydolorum ad similitudinem altaris Damasci in templo Domini, unde non fuit fidelis testis; quarto quia Zacharias non erat tunc uiuus, quia Zacharias filius Ioiade fuerat longe ante interfectus a Ioas rege Iuda, II Paral. XXIV[22]; alius dicitur Zacharias qui fuit unus de duodecim prophetis, et fuit longe post in reditu populi de captiuitate, sicut patet Zach. I[1] et per totum : ergo non potuit eum adhibere in testem; et preterea remanet similis obiectio sicut primo, quia iste puer fuit natus ante mortem Phacee : ergo, ut supra probatum est, habebat in captione Samarie ad minus decem et nouem annos, ergo falsum est quod dicitur *antequam sciat uocare patrem* etc.

Et ideo uolunt quod intelligatur tantum de Christo sicut et primum signum : ut per ' librum grandem ' significetur sacra Scriptura, de qua habetur Baruc IV[1] « Hic est liber mandatorum Dei et lex que est in eternum » ; per ' stilum hominis ' modus prophetie, ut non omnibus usquequaque pateat sed tantum rationabilibus qui ex figuris possunt significata concipere, Osee XII[10] « Ego uisionem multiplicaui et in manibus prophetarum assimilatus sum ». *Velociter*, nomen Christi, id est circumlocutio nominis quod est Ihesus saluator, per hoc quod detraxit spolia, id est peccatores, a potestate dyaboli et predatus est infernum, de quo infra LIII[12] « Ideo dispertiam ei plurimos et fortium diuidet spolia ». Per *Vriam*, qui interpretatur lux Domini, significatur lex, Prou. VI[23] « Quia mandatum lucerna est et lex lux ». Per *Zachariam*, qui interpretatur memoria Domini, *filium Barachie*, qui interpretatur benedictio Domini, significatur prophetia, quia prophete per benedictionem diuini muneris cognitionem diuinam acceperunt. Et hii, scilicet lex et prophete, sunt testes incarnationis Christi, Luce ult. « Necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege Moysi et prophetis et psalmis de me ». Prophetissa autem beata Virgo est, que prophetauit dicens « Magnificat anima mea Dominum », Luce I[46], ad quam accessit per propheticam intelligentiam et per fidem; uel prophetissa dicitur Spiritus Sanctus qui est principium omnis prophetie, II Petri II « Non enim uoluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu Sancto inspirati locuntur sancti Dei homines ». Apud Hebreos enim est feminini generis, scilicet Rua; secundum hoc, *concepit*, id est concipere fecit : « Quod enim in ea natum est de Spiritu sancto est », Matth. I[20]. *Voca nomen eius*, o Ysaia, id est prenuntia nomen eius, sicut supra.

Hec autem expositio non est tante auctoritatis sicut superior que fuit supra VII de alio signo, quia magis extorta est et ex Scripturis non habet auctoritatem sicut illa Matth. I[22-23]. Vnde quidam dicunt non esse inconueniens si hoc intelligatur ad litteram, ita tamen quod puer iste sit figura Christi, sicut etiam supra dictum est in quadam glosa VII cap. super illud *Ecce uirgo*.

Vnde secundum hoc potest responderi ad obiectiones prius factas. Et dicendum ad primum quod liber fuit grandis, non ad necessitatem scripture, sed ad significandam magnitudinem tribulationis. Ad secundum dicendum quod potest intelligi quod testes fuerint adhibiti ad scripturam sicut fit in priuilegiis, et non ad accessum ad uxorem; et etiam si ad hoc fuissent adducti non esset magis contra honestatem, ut uidetur, quam factum de fornicatione, Osee I[2-3], quod tamen ad litteram plures exponunt. Ad tertium dicendum quod dicitur fidelis propter auctoritatem sacerdotii et non propter bonitatem uite; uel quia fide dignus habebatur a rege. Ad quartum dicendum quod iste Zacharias neuter illorum fuit : consuetum enim erat apud Hebreos, sicut etiam modo apud multos, quod pueris imponantur nomina de cognatione illa, sicut dicitur Luce I[61] de Iohanne « Quia nemo est in cognatione tua qui uocetur hoc nomine », et sic iste potuit esse de progenie

69 sint] sunt Fπ 94 figuris *coni.*] futuris *codd.* 99 per] propter Fπ 116 qui] quod F que π 121 Rua *coni. ex Glossa ord.*] eua *codd.* 140 fuissent] fuerunt Fπ 149 imponantur] -onebatur F -onant π

84 supra : cap.7, 244-252. 102 interpretatur... : *Glossa interlin.* et *marg.* ex Hier. (115 B ; 112). 105-106 interpretatur...interpretatur... : *Glossa interlin.* ex Hier. ibid. 110 Luc. XXIV[44]. 115 uel... : *Glossa marg.* ex Hier. (115 A ; 111). 117 Rectius II Petri I[21]. 120 Apud Hebreos... : cf. *Glossa marg.* ex Hier. ibid. et *Epist. 18* n.17 (PL 22, 372 ; CSEL 54, 97). 124 supra : lin. 62. 126 supra VII : lin. 288 sqq. 128 quidam... : vide notam seq. 132 *Glossa marg.* super Is. VII[14] ex Hier. « Quidam de nostris Esaiam prophetam duos filios habuisse contendit...et Emmanuel de prophetissa uxore eius esse generatum in typum Domini Salvatoris » (109 C-D ; 105). 134 prius : lin. 67-87. 143 plures : cf. Hugo de S. Charo *Super Osee* I[2-3].

[5] Et adiecit Dominus loqui ad me adhuc dicens : [6] Pro eo quod abiecit populus iste aquas Syloe que uadunt cum silentio, et assumpsit magis Rasim et filium Romelie, [7] propter hoc ecce Dominus adducet super eos aquas fluminis fortes et multas, regem Assyriorum et omnem gloriam eius ;

illius qui prius interfectus fuerat ; uel etiam consuetudo est apud Hebreos, ut dicit Ieronimus, quod frequenter utantur propriis pro communibus, sicut Bosra, que est ciuitas munita, utuntur frequenter pro qualibet ciuitate munita : et sic, quia ille Zacharias fuit fidelis propheta et in magna fama populi, uocatur iste qui forte similiter erat fide dignus populo loci illius. Ad quintum dicendum quod non est similis obiectio, quia quod supra dictum est oportet intelligi de destructione solum propter hoc quod dixit ' Derelinquetur ' ; sed hoc potest intelligi de persecutione facta per Teglathphalasar qui destruxit Damascum, IV Reg. XVI[9], et spoliauit regnum Samarie, IV Reg. XV[19-20] : unde signanter dicit *auferetur fortitudo Damasci et spolia Samarie*, et hoc fuit satis de propinquo.

Notandum super illo uerbo *librum grandem*, quod sacra pagina dicitur liber primo grandis quantum ad grande contentum, Prou. VIII[6] « Audite me, quoniam de rebus magnis locutura sum et aperientur labia mea ut recta predicent ». Secundo signatus quantum ad uisum, infra XXIX[11] « Et erit uobis uisio omnium sicut uerba libri signati ». Tertio inuolutus propter multiplicem sensum, Ez. II[9] « Et uidi : et ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber ». Quarto amarus propter laboris studium, Apoc. X[10] « Et accepi librum de manu angeli et deuoraui eum, et erat in ore meo tamquam mel dulce, et cum deuorassem eum amaricatus est uenter meus », Prou. VIII[17] « Qui mane uigilauerit ad me inueniet me ». Quinto dulcis quantum ad effectum, Ez. III[1,3] « Comede uolumen istud : et comedi illud, et factum est in ore meo quasi mel dulce ». Sexto uolans quantum ad intellectum, Zach. V[1] « Vidi, et ecce uolumen uolans », Iob XXXIX[27] « Numquid ad preceptum tuum eleuabitur aquila et in arduis ponet nidum suum? ». Septimo uiuificans quantum ad fructum, Eccli. XXIV[32] « Hec omnia liber uite et testamentum Altissimi et agnitio ueritatis », Prou. VIII[35] « Qui me inuenerit inueniet uitam ».

Quia antequam sciat puer. Hic ponitur signi expositio ; et secundum litteralem expositionem iam patet. Secundum aliam : *antequam sciat*, scientia creata, *patrem*, putatiuum Ioseph, uel Deum ; *fortitudo Damasci et spolia Samarie*, secundum hoc potest etiam referri ad captiuitatem Samarie.

Et adiecit. Hic describitur ipsum destructionis factum. Et circa hoc tria facit : primo ponit puniendorum culpam ; secundo punientium potentiam : *Ecce adducet Dominus* ; tertio ponit ipsam penam : *Et ascendet super omnes*. Dicit ergo primo *Et adiecit*, post signum datum ; *aquas Syloe* : Syloe est quidam fons qui nascitur ad pedes montis Syon, cuius aque per horas ebulliunt et plane uadunt, unde significant reges Iuda, qui quandoque boni et potentes, quandoque mali et imbecilles fuerunt ; et tamen legitime et quiete regnauerunt comparatione regum Israel, qui omnes cogebant populum ad ydola.

Sed uidetur quod hoc non sit eis imputandum pro culpa, quia hoc Domini uoluntate factum est, sicut dicitur III Reg. XII[24] « A me factum est uerbum hoc ». Et dicendum quod Dominus iuste uoluit quod reges Iude paterentur hoc dampnum propter culpam Salomonis, de quo III Reg. XI ; sed illi male et propter superbiam cordis hoc fecerunt, quia nolebant dare consueta tributa, sicut legitur III Reg. XII[4]. Vel aliter : *abiecit populus iste*, id est contempserunt et persecuti sunt, sequentes malitiam duorum regum. Et hec uidetur esse intentio per id quod sequitur *et assumpsit magis Rasim* etc.

Propter hoc. Hic describitur hostium potentia. Et primo ponitur metaphora quantum ad quatuor, scilicet quantum ad diuinum auxilium : *ecce Dominus adducet* ; quantum ad impetum : *aquas fluminis* ; quantum ad robur : *fortes* ; quantum ad numerum : *et multas*, infra XVII[13] « Sonabunt populi » etc. Secundo exponit metaphoram : *regem Assyriorum et omnem gloriam eius*, id est exercitum eius, Ier. VI[22] « Ecce populus ueniet

156 Bosra *coni.*] bosta Fπ *dub.* Bo 163 Derelinquetur] -itur F -atur π 166 IV Reg. XVI *om.* F 200 potest etiam *inv.* Fπ 206 super omnes F] *om. cet.* 225 hec F] hoc *cet.* 227 Rasim Bo] -ym π rasitu F 233 infra...populi etc.] *hic ponendum duximus ; post* exercitum eius (236) F *om. cet.* 233] XVII *scripsi.*] 47 F *def. cet.* 236 Ier....consurget *om.* F (*cf.* 233)

154 dicit Ieronimus : verbo tenus non invenimus ; cf. tamen quae post Hier. super Is. II[16] (52 C ; 37) et *Glossam* ibid. ait Hugo « Nota quod Tharsis...quandoque hebraicum, et tunc est nomen commune maris ». Vide in nostra Praef. § 46. 156 Bosra...munita : cf. Hier. *In Isaiam* XXXIV[9] (371 B-C ; 420). utuntur... : cf. infra cap.63, 45-48. 163 dixit : cap. VII[16]. 170 Cf. vers. 1. 207-213 Syloe...regum Israel : cf. Hugo ex Hier. (116 C ; 113). 220 Vers. 31-33, ut refert Hugo.

et ascendet super omnes riuos eius et fluet super omnes ripas eius. 8 Et ibit per Iudam inundans et transiens usque ad collum ueniet; et erit extensio alarum eius implens latitudinem terre tue, o Emmanuhel. 9 Congregamini populi et uincimini; et audite uniuerse procul terre : Confortamini et uincimini, accingite uos et uincimini;

de terra aquilonis, et gens magna consurget ». Glosa dicit quod intelligit de Sennacherib. Sed contra, quia ipse non uastauit Samariam, sed Salmanasar, sicut dicitur IV Reg. XVIII[9]. Ad hoc dicunt quidam quod idem dicitur Salmanasar et Sennacherib; sed hoc patet esse falsum per id quod dicitur Tob. I[18], quod mortuo Salmanasar regnauit filius eius pro eo. Et ideo dicendum quod regnante Salmanasar iam sene, filius eius erat in exercitu, et forte preerat exercitui; et ideo idem exercitus est utriusque. Vnde loquitur de tota illa uastatione que facta est per illos reges Assyriorum, quasi de uno persecutore, propter unitatem regni.

Et ascendet. Hic ponit ipsam penam; et seruat metaphoram, quia aque habundantes altiores sunt : unde dicit *ascendet super omnes riuos*, id est principes, *et super ripas*, terras, Ez. XXXVIII[18] « Ascendet indignatio mea in furore meo et in zelo meo ».

Et ibit per Iudam. Hic predicit tribulationem redundantem in duas tribus. Et primo ponit tribulationis redundantiam : *Et ibit*, scilicet aquarum impetus, *per Iudam*, id est per terram Iudee, *inundans*; seruat metaphoram : quando enim habundant aque, emittunt undas extra alueum suum in agros uicinos. Et dicit *ibit*, quia non habebunt perfectum dominium, infra XXVIII[2] « Sicut impetus aquarum » etc., Ier. XLVII[2] « Ecce aque descendent ab aquilone, et erunt quasi torrens inundans, et operient terram et plenitudinem eius, urbem et habitatores eius ». Secundo persecutionis habundantiam : *et transiens usque*. Loquitur metaphorice, quasi diceret : In tanta habundantia redundabit quod si aliquis uellet aquas transire, uenirent sibi usque ad collum, quasi fere submergeretur in eis : in quo significatur quod fuerunt prope captiuitatem, sicut ostenditur infra XXXVI, Ez. penult. « Et ecce aque redundantes a latere dextro », « Intumuerunt aque » etc. Tertio exercitus copiam : *et erit extensio alarum eius*, id est principum eius, *implens* pre multitudine *latitudinem terre tue*, id est Iudee, *o Emanuel*, Christe qui de ea nasci uenisti; misit enim principes suos Sennacherib ad capiendam Ierusalem, infra XXXVI[3]. De hiis alis Ez. XVII[3-4] « Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis et uarietate, uenit ad Libanum, et tulit medullam cedri et summitatem frondium eius; et transportauit eam in terram Canaan, in urbe negotiatorum posuit illam ».

Congregamini populi. Quia dixerat quod persecutio Assyriorum aliquo modo redundaret in duas tribus, hic confortat eos, quia illa persecutione non sint finaliter captiuandi, non etiam a decem tribubus et Syris subiugandi. Et diuiditur in partes duas : in prima ponit diuinam confortationem; in secunda remouet diuinorum communicationem : *Et cum dixerint ad uos*. Circa primum duo ponit : primo hostis irrisionem; secundo populi instructionem : *Hec enim ait Dominus*. Circa primum duo facit : primo ponitur irrisio uel insultatio; secundo irrisionis ratio : *quia nobiscum Deus*. Irridet autem pugnantium exercitum, sapientum consilium et dominorum preceptum : hiis enim tribus bella pugnantur.

uisitabo super fructum magnifici cordis regis Assur et super gloriam altitudinis oculorum eius. [13] Dixit enim : In fortitudine manus mee ego feci et in sapientia mea intellexi ; et abstuli terminos populorum et principes eorum depredatus sum et detraxi quasi potens in sublimi residentes. [14] Et inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum, et sicut colliguntur oua que derelicta sunt sic uniuersam terram ego congregaui ; et non fuit qui moueret pennam et aperiret os et ganniret. [15] Nunquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea, aut exaltabitur serra contra eum a quo trahitur? Quomodo si eleuetur uirga contra leuantem se, et exaltetur baculus qui utique lignum est. [16] Propter hoc mittet dominator Deus exercituum in pinguibus eius tenuitatem. Et subtus gloriam eius succensa ardebit quasi combustio ignis. [17] Et erit lumen Israel in igne, et Sanctus eius in flamma, et succendetur et deuorabitur spina eius et uepres in die una ;

scilicet quibus uult corrigere, *magnifici cordis*, quantum ad presumptionem de faciendis, *et super gloriam*, quantum ad elationem de factis, supra II[11] « Oculi sublimes hominis humiliati sunt ».

Dixit enim. Hic ponit glorie occasionem ex magnis que fecerat, et primo quantum ad facientis condicionem ; secundo quantum ad facti magnitudinem : *et abstuli* ; tertio quantum ad faciendi facilitatem : *et inuenit.* Et dicit facientis condicionem quantum ad potentiam bellorum : *in fortitudine*, quantum ad sapientiam consiliorum : *et in sapientia*, Deut. XXXII[27] « Sed propter iram inimicorum distuli, ne forte superbirent hostes eorum et dicerent : Manus nostra excelsa ».

Facti autem magnitudo pensatur ex tribus : ex multitudine regnorum, unde dicit *abstuli terminos* : loquitur ad similitudinem eius qui acquirit multos agros, qui aufert terminos quibus diuersorum possessiones diuidebantur ; quantum ad spoliationem principum : *et principes* ; quantum ad subiugationem regum : *et detraxi quasi potentes in sublime*, scilicet in solio regni, Dan. V[19] « Quos uolebat exaltabat, et quos uolebat humiliabat ».

Facilitas autem faciendi determinatur quantum ad tria : quantum ad plenariam subiectionem : *Et inuenit quasi nidum manus*, qui est in potestate inuenientis, infra XVI[2] « Et erit : sicut auis fugiens et pulli de nido auolantes » ; quantum ad facilem destructionem : *et sicut colliguntur* ita de facili, Abacuc II[5] « Et congregabit ad se omnes gentes, et coarceruabit ad se omnes populos » ; quantum ad sublatam omnem contradictionem : *et non fuit qui moueret pennam*, id est manum — penna auis se defendit —, *et aperiret os* ad contradicendum, *et ganniret*, quod est uulpium uel auium ad plangendum, Ez. XXIV[16] « Fili hominis, ecce ego tollo a te desiderabile oculorum tuorum in plaga : et non planges neque plorabis neque fluent lacrime tue ».

Numquid gloriabitur. Hic ponitur gloriantis increpatio, quia est sicut instrumentum quod non potest operari nisi motu artificis : *securis*, ad mactandum malos ; *exaltabitur serra*, ad discernendum bonos a malis ; *uirga*, ad corrigendum ; *baculus*, ad sustentandum correptos, Iob XV[13] « Quid tumet contra Deum spiritus tuus ut proferas de ore tuo huiuscemodi sermones? ».

Propter hoc immittet. Hic comminatur penam. Et circa hoc tria facit : primo comminatur pene iudicium, secundo determinat pene modum : *Et subtus gloriam*, tertio pene effectum : *Et erit terrore. In pinguibus*, potentibus et diuitibus, infra XXV[6] « Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium ».

Et subtus. Hic determinatur pene modus, qui fuit per combustionem ; et ponuntur tria. Primo pene species : *gloriam eius*, id est multitudo exercitus ; *subtus*, id est sub uestibus, quia uestimentis illesis corpora cremata sunt, supra I[31] « Et erit fortitudo uestra ut fauilla stupe et opus uestrum quasi scintilla ». Secundo penam inferens : *Sanctus* Israel, Deus, uel angelus Michael cui commissus fuit ille populus, Dan. X[13] « Et ecce Michael unus ex principibus primis uenit in adiutorium meum » ; *in igne*, quia per ignem puniet eos, Soph. I[18] « In igne zeli eius deuorabitur omnis terra, quia consummationem cum festinatione faciet cunctis habitantibus terram ». Tertio penam patiens, et quantum ad minores : *spina et*

162 dicit] dixit Fπ 163 terminos *om.* Fπ 167 potentes] se ponentes F potens *Vulg.* 169 et *om.* Fπ 182 Fili] filii Fπ 187 quia] que pBo que *add.* π 191 sustentandum] sufferendum F 192 tumet] timet Fπ 194 comminatur] annuntiatur F 198 terrore] in *praem.* F interiore π 205 exercitus] prou.ix *add.* F *(cf. Hugo)* 207 uestra F] tua π uestra tua Bo 208 quasi] ut Bo 212 igne F (*cf.* 4 150 et 31 57)] ignem *cet.* 213 igne] ignem Fπ

181 uulpium uel auium ; cf. *Glossa marg.* et Hugo.

18 et gloria saltus eius et Carmeli eius ab anima usque ad carnem consumetur. Et erit terrore profugus, 19 et reliquie ligni saltus eius pre paucitate numerabuntur et puer scribet eos. 20 Et erit in die illa, non adiciet residuum Israel, et hii qui fugerint de domo Iacob inniti super eo qui percutit eos, set innitetur super Dominum Sanctum Israel. In ueritate 21 reliquie conuertentur, reliquie, inquam, Iacob ad Deum fortem. 22 Si enim fuerit populus tuus Israel quasi harena maris, reliquie conuertentur ex eo. Consummatio abbreuiata inundabit iustitiam. 23 Consummationem enim et abbreuiationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terre. 24 Propter hoc hec dicit Dominus Deus exercituum : Noli timere, populus meus habitator Syon, ab Assur. In uirga enim percutiet te et baculum suum leuabit super te in uia Egypti. 25 Adhuc enim paululum modicumque, et consummabitur indignatio mea et furor meus super scelus eorum.

uepres, que non multum crescunt ; *et gloria saltus eius*, Libani, quantum ad magnos quos propter dignitatem comparat altis arboribus Libani ; *ab anima*, quia et in anima et in corpore mortui sunt, supra IX[18] « Succensa est quasi ignis impietas, ueprem et spinam uorabit, et succendetur in densitate saltus, et conuoluetur superbia fumi ».

Et erit terrore. Hic ponitur pene effectus. Et primo in hostibus quantum ad fugam : *Et erit terrore profugus* ; quantum ad paucitatem : *et reliquie ligni*, quia ad litteram Sennacherib cum paucis fugit, scilicet cum decem, Deut. XVIII « Remanebitis » etc.

Secundo effectum in populo : *Et erit*, quantum ad tria in quibus offendebant, scilicet in confidentia gentium : *super eo qui percutiet eos*, quia illi a quibus auxilium petebant quandoque etiam affligebant eos, *qui fugerint*, uel ad Ezechiam uel ad alias gentes, Ez. XIX « Innitentibus eis ».

Secundo quantum ad cultum ydolorum, et quantum ad modum, quia *In ueritate reliquie*, contra id quod dicitur III Reg. XVIII[21] « Vsquequo claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus, sequimini eum ; si autem Baal, sequimini illum » ; et quantum ad conuersos : *reliquie Iacob*, qui relinquntur ab Assyriis, <Ier. XXXI[7]> « Salua Domine populum tuum ». Et confirmat promissionem : *Si enim fuerit*, Gen. XXII[17] « Multiplicabo semen tuum sicut stellas celi et uelut arenam que est in littore maris ».

Tertio quantum ad iustitiam operum ; et primo ponit promissionem : *consummatio abbreuiata*, id est destructio in breui facta in exercitu Sennacherib, *inundabit iustitia*, id est faciet inundare iustitiam in populo, infra XXVI[10] « Misereamur impio, et non discet iustitiam : in terra sanctorum iniqua gessit ». Secundo ponit confirmationem : *Consummationem enim*, Naum I[8] « In diluuio pretereunte consummationem faciet loci eius » ; *in medio terre*, id est in Ierusalem, que est in meditullio terre, Ez. V[5] « Ista est Ierusalem, in medio gentium posui eam, et in circuitu eius terras ». Apostolus ad Ro. IX[27] exponit de reliquiis saluandorum ; et uerbum abbreuiatum, secundum Septuaginta, est uerbum euangelii, Matth. XXII[40] « In hiis duobus mandatis uniuersa lex pendet et prophete » ; uel Verbum incarnatum.

Propter hoc hec dicit Dominus. Hic ponitur populi confortatio, et circa hoc duo facit. Primo ponit confortationem : *Noli timere*, infra XLI[14] « Noli timere, uermis Iacob, qui mortui estis ex Israel ». Secundo exponit euasionem, et primo in generali, secundo in speciali : *transibit in Magron* uel *Veniet in Aioth*. Circa primum tria facit. Primo ponitur afflictio : *In uirga*, id est in afflictione obsessionis et depredationis, *et baculum* confringentem, *in uia Egypti*, quia audiens quod rex Etyopie esset egressus de terra sua, ut legitur IV Reg. XIX[9], dimisit terram, et in reditu destruxit ciuitates quas inuenit ueniens per Egypti uiam, Ier. XLVIII[17] « Quomodo confracta est uirga fortis, baculus gloriosus? ».

Secundo affligentium destructio : *Adhuc enim paululum*. Circa quod primo notatur acceleratio : *Adhuc paululum* respectu eternitatis, uel respectu illius temporis in quo affligent, Ez. VIII « De propinquo effundam » ; secundo pene magnitudo : *consummabitur indignatio*, quo ad culpam, *furor*, quo

217 saltus] salutis Fπ 218 Libani] *intra lemma (loco carmeli)* Bo π quos *coni.*] que F qui Bo *om.* π 228 Deut. ...etc. F] *om. cet.* 242 < Ier. XXXI > *suppl.*] *om.* F *def. cet.* 242 Salua...tuum *scrips.cum* F] *om. cet.* 264 hoc hec] hoc hic F quod π 269 Magron] agron *codd.* 273 Egypti *coni.*] -ptum *codd.* 280 Circa...paululum F] *hom. om. cet.*

227 cum paucis...decem ; cf. Hugo. 228 Rectius Deut. XXVIII[62]. 235 Rectius Ez. XXIX[7]. 260 Septuaginta : uel ipse Hier. (140 A ; 142). 263 uel... : cf. Hugo. 282 Rectius Ez. VII[2].

[26] Et suscitabit super eum Dominus exercituum flagellum iuxta plagam Madian in petra Oreb et uirgam suam super mare et leuabit eam in uia Egypti. [27] Et erit in die illa, auferetur onus eius de humero tuo et iugum eius de collo tuo, et computrescet iugum a facie olei. [28] Veniet in Aioth et transibit in Magron, apud Magmas commendabit uasa sua. [29] Transierunt cursim, Gabee sedes nostra, obstupuit Rama, Gabaa Saulis fugit. [30] Hinni uoce tua, filia Gallim; attende Laisa, paupercula Anathot. [31] Migrauit Medemena; habitatores Gebim, confortamini: [32] adhuc dies est ut in Nob stetur; agitabit manum suam super montem filie Syon, collem Ierusalem. [33] Ecce dominator Dominus exercituum confringet lagunculam in terrore, et excelsi statura succidentur et sublimes humiliabuntur, [34] et subuertentur condensa saltus ferro, et Libanus cum excelsis cadet.

ad uindictam; tertio quo ad puniendi facilitatem : *meus*, <...> Iudicum VII[25]; *et super mare* Rubrum, Exo. XIV[21-29], *et leuabit eam*, contra te primo, *in uia Egypti*, quia in Egyptiis confidebas.

Tertio ponitur consequens liberatio, et primo liberatio : *Auferetur honus*, Ier. XXX[8] « In die illa conteram iugum eius de colle tuo, et uincula eius disrumpam »; secundo liberationis ratio : *a facie olei* diuine misericordie, supra I[6] « Vulnus et liuor et plaga tumens non est circumligata, neque curata medicamine, neque fota oleo ».

Veniet in Aioth. Hic describitur in speciali. Et primo ponitur oppressio, numerans ciuitates per quas transiuit ueniens de Egypto in Ierusalem : *ueniet* de Egypto *in Aioth*, *transibit* cursim *in Magron*; *apud Machmas*, ciuitatem quandam, *commendabit uasa sua*, dimittet partem supellectilis sue ut expeditus ueniat. *Transierunt cursim*, non impediti propter resistentiam illarum ciuitatum; *Gabaa sedes nostra*, uox exercitus qui ibi quieuit; *obstupuit Rama*, id est timuit quia uicinus erat; *Gabaa Saulis*, ciuitas regalis tempore Saulis. *Hinni*, more equorum; *attende Laysa*, quomodo possis fugere, et similiter tu *paupercula Anathoth*, quia parua uilla erat. *Medemena migrauit*, fugit, et similiter *habitatores Gabim*; uox Sennacherib ad exercitum : *Confortamini: adhuc dies est ut in Nobe stetur*, uilla prope Ierusalem; quasi dicat : Adhuc est tantum de die quod possumus illic figere tentoria, quia diuinatum erat ei quod si illa die illuc applicaret, quod uincerentur. Vel : O *habitatores Gabim, confortamini*, quia hostes prope sunt. *Agitabit*, ad modum comminantis, infra XXXVII[23-24] « Ad Sanctum Israel. In manu seruorum tuorum exprobrasti Domino ».

Secundo hostium destructio : *Ecce dominator.* Et primo facilitas ex parte punientis : *confringet*, ad similitudinem facti Gedeon, Iudicum VII[19-20]; secundo uniuersalitas ex parte punitorum : *excelsi*, quantum ad fortes corpore, *sublimes*, quantum ad principes, *condensa saltus*, ad multitudinem populi, id est frutices que faciunt siluam spissam, *et Libanus*, ipse Sennacherib, qui interfectus fuit a filiis suis, infra XXVII. Mistice Glosa : *confringet lagunculam*, in passione Christi.

Nota super illo uerbo *Et erit lumen Israel in ignem*, quod Deus noster dicitur ignis primo quia subtilis; et quantum ad hoc dicitur subtilis quantum ad substantiam, quia dicitur spiritus, Io. IV[24] « Spiritus est Deus »; secundo quantum ad scientiam, quia penetrabilis, Hebr. IV[12] « Viuus est sermo Dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti »; tertio quantum ad apparentiam, quia inuisibilis, Iob XXVIII[20] « Vnde ergo sapientia? », et infra eodem « Abscondita est ab oculis omnium uiuentium », uel Iob XXXVIII « Omnes homines ». Secundo quia lucidus : quod autem sit lucidus, patet primo quia manifestat quantum ad intellectum, Ps. « In lumine tuo uidebimus lumen »; secundo quia delectat quantum ad affectum, Tob. V[12] « Quale gaudium est michi qui in tenebris sedeo et lumen celi non uideo? »; tertio quia dirigit quantum ad actum, infra LX[3] « Ambulabunt gentes in lumine tuo et reges in splendore ortus tui ». Tertio quia calidus : et hoc primo quia uiuificat, Iob XXXIX[14] « Tu forsitan in

285 tertio...Iudicum VII] *sic codd.; an locus corruptus?* 300 Machmas] magmas (magron pBo) *codd.* 309 Medemena] medena *codd.* 311 in Nobe stetur] etc. F 313 illic] illuc Fπ 314 diuinatum] deriuatum F *var.* π 321 facilitas F] felicitas *cet.* 326 frutices *coni.*] fructes Bo frutes F fructus π 346 qui] quia Fπ

286 Iudicum VII : ad membrum delapsum pertinere videtur, quale habetur apud Hugonem super 'iuxta plagam Madian'. 304 Gabaa *cum* Ω^{S}. 311 Nobe *cum* Ω^{MS} et *Glossa marg.* 314 diuinatum...: cf. Hugo et Albertus « Hoc autem dicunt Hebraei... » (161 30). 316 Gabim *cum* Ω^{S}. 328 xxvii : rectius Is. XXXVII[28]. *Glossa interlin.* 330 Cf. vers. 17. 339 eodem : Iob XXVIII[21]. 340 Rectius Iob XXXVI[28]. 343 Ps. XXXV[10].

puluere calefacies ea? », Tren. I[13] « De excelsis misit ignem in ossibus meis et erudiuit me » ; secundo quia purgat, Eccli. XXXVIII[29] « Vapor ignis urit carnes eius et in calore fornacis concertatur » ; tertio quia deuastat, Deut. XXXII[22] « Ignis succensus est in furore meo et ardebit usque ad inferni nouissima ». Quarto quia leuis : et hoc primo propter motum, quia « uniuersa propter semet ipsum operatus est Dominus », Prou. XVI[4] ; secundo propter situm, quia « in altis habitat », Ps. ; tertio propter incommixtionis modum, Sap. VIII « Attingit autem ubique propter munditiam suam, uapor est enim uirtutis Dei ».

361 incommixtionis] inamixtionis F commixtionis π

361 Ps. CXII[5]. 362 Rectius Sap. VII[24-25].

CAPITVLVM XI

[1] Et egredietur uirga de radice Iesse, et flos de radice eius ascendet.

Et egredietur uirga de radice. Posita destructione aduersarii, promittitur reintegratio populi qui erat diuisus in duas et decem tribus. Et diuiditur in partes duas : in prima describitur restaurator, in secunda promittitur restauratio : *Et erit in die illa.* Hoc autem capitulum tripliciter exponitur. Ieronimus enim et omnes Sancti nostri exponunt de restauratione facta per Christum et de Christo, ut sit figuratiue dictum ; quidam magistri exponunt de Ezechia uel Iosia, similiter figurate accipientes litteram ; Iudei, de suo Messia quem expectant, uolentes cuncta ad litteram intelligere. Sed hec ultima stulta est et fabulosa ; secunda extorta ; sed prima simpliciter uera, et ideo illam prosequentes, alias tangemus ex latere. Diuiditur ergo prima pars in tres : in prima describitur restaurator Christus quantum ad natiuitatem ; in secunda quantum ad sanctitatem : *Et requiescet* ; in tertia quantum ad dignitatem : *In die illa radix.*

Circa primum duo tangit : processum matris ex regali serie uel progenie : *Egredietur uirga*, uirga cui nullus frutex adhesit, *de radice Iesse*, ad litteram, de progenie Iesse qui fuit pater Dauid, Num. XXIV[17] « Orietur stella ex Iacob et consurget uirga de Israel » ; quantum ad processum filii ex matre virgine : *et flos*, Christus, Cant. II[1] « Ego flos campi et lilium conuallium », *ascendet*, quia « Qui de celo uenit super omnes est », Io. III[31] ; unde infra XIX[1] « Ecce Dominus ascendet super nubem leuem et ingredietur Egyptum, et mouebuntur simulacra Egypti ».

De radice Iesse, Ier. XXIII[5] « Suscitabo Dauid germen iustum, et regnabit rex, et sapiens erit, et faciet iudicium et iustitiam in terra ». Cum deberet dicere ' de uirga ', dicit *de radice* ad excludendum duas hereses : una quarum dixit quod Christus non habuit ueram carnem ; alia dixit quod Christus habuit ueram carnem, sed illa non fuit propagata ab Adam et a parentibus et aliis sed in beata Virgine a Deo creata, aut quod uenit a primis parentibus distincta sicut lux quedam numquam infecta contagione peccati originalis. Quod totum excluditur in hoc quod ex parentibus Virginis ascendere dicitur sicut flos ex radice. Iudei dicunt quod flos et uirga refertur ad Christum ; et dicitur uirga propter potestatem et flagellationem malorum, et flos propter honestatem et consolationem bonorum. Ieronimus dicit quod de hoc loco sumitur quod dicitur Matth. II[23] « Nazareus uocabitur », id est floridus. Similiter exponunt qui exponunt de Iosia et Ezechia, et dicunt quod dicuntur descendere ex Iesse et non ex proximis parentibus quia Dauid facta est promissio de confirmatione regni in filiis.

Notandum super illo uerbo *Egredietur uirga*, quod Virgo dicitur uirga : primo consolans in tribulationibus, Exo. XIV[16] « Tu autem eleua uirgam tuam, et extende manum tuam super mare et diuide illud, ut gradiantur filii Israel in medio mari per siccum » ; secundo fructificans, Num. XVII[8] « Inuenit Moyses uirgam Aaron in domo Leui germinasse, et turgentibus gemmis eruperant flores » ; tertio satians, Num. XX[11] « Cumque leuasset Moyses uirgam percutiens bis silicem, egresse sunt aque largissime ita ut biberet populus et iumenta » ; quarto flagellans, Num. XXIV[17] « Orietur stella ex Iacob, et consurget uirga de Israel, et percutiet duces Moab » ; quinto uigilans, Ier. I[11] « Virgam uigilantem ego uideo ».

Nota super illo uerbo *Et flos de radice*, quod Christus dicitur flos : primo propter Marie puritatem, Cant. I[14] « Ecce tu pulcra es, amica

1 radice] eius etc. *add.* F 7 nostri] uiri Fπ 10 similiter] et *praem.* F 13 extorta] est *add.* F 21 uirga[2] *om.* Fπ 25 Israel] *fort. adde* secundo exponit *(ex* Bo *infra)* 29 unde] secundo exponit *praem.* Bo *et delet alia manus* 60 Israel *om.* Fπ 64 eruperant] erumperant Bo erumpant Fπ 69 de] ex Fπ

5 Vers. 11. 6 Ieronimus : hic (144 A ; 147), ut refert *Glossa marg.* 7 Sancti nostri : v.gr. Origenes *In visiones Isaiae* hom. 3 (transl. Hier. ; PL 24, 910 C), Ambrosius *Super Lucam* III n. 8 (PL 15, 1592 A-B ; CCL 14, 79-80) ; inde Hugo « expositionem quam principaliter exponunt glossulae ». 9 quidam magistri : « alii » sec. Guerricum (ms. f.48 va), « Hebraei » sec. Hugonem ; cf. Praef. § 47. 11 Iudei...expectant : cf. Andreas de S.V. « Secundum hebreos uero qui ista de eo quem adhuc expectant messia exponunt... » (ms. f.63 ra). 18 Vers. 2. 19 Vers. 10. 22 cui...adhesit : *Glossa marg.* ex Hier. (144 B ; 147). 27-30 quia...nubem leuem : cf. Hugo. 36 duas hereses... : eadem fere habet Hugo. 48 Ieronimus : hic (144 C ; 147) et apud Hugonem. 56-69 Cf. Hugo super Is. XI[1] (secunda expos.). 72 Cf. vers. 1.

[2] Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientie et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientie et pietatis, [3] et replebit eum spiritus timoris Domini.

mea », Cant. II « Ecce tu pulcer es, dilecte mi », et infra « Ego flos campi et lilium conuallium » ; secundo propter lesionis a uento facilitatem, Iob XV[33] « Ledetur quasi uinea in primo flore » ; tertio propter odoris suauitatem, Eccli. XXIX « Florete flores », etc. ; quarto propter decoris pulcritudinem, Eccli. L[8] « Quasi arcus refulgens inter nebulas glorie et quasi flos rosarum in diebus uernis » ; quinto propter fructus certitudinem, Eccli. XXIV[23] « Ego quasi uitis fructificaui suauitatem odoris et flores mei fructus honoris et honestatis ».

Et requiescet. Hic describit ipsum quantum ad sanctitatem, quantum ad tria : primo quantum ad habitus necessitatis ; secundo quantum ad rectitudinem operis : *Non secundum uisionem* ; tertio quantum ad effectum rectitudinis : *Habitabit lupus.* Ostenditur autem perfectio ipsius quantum ad habitus gratuitos in tribus. Primo quantum ad quietem : *Requiescet*, quia non fuit gratia in ipso augmentata, Ier. XXXI[22] « Mulier circumdabit uirum » ; nec interrupta per culpam, I Petri II[22] « Qui peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius » ; nec perturbata per pugnam carnis, quia sine originali, Iob III[9] « Expectet lucem et non uideat, nec ortum surgentis aurore », Io. I[33] « Super quem uideritis Spiritum descendentem et manentem super eum, hic est qui baptizat ».

Quantum ad multitudinem in uniuersitate donorum : *spiritus sapientie.* Quamuis enim omnia dona gratie gratum facientis simul infundantur, non tamen aliquis alius habuit perfectum usum omnium, propter quod de omnibus modo dicitur « Non est inuentus similis illi » ; nec iterum omnes gratias gratis datas, I Cor. XII[8-9] « Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientie, alii autem sermo scientie secundum eumdem Spiritum, alii fides in eodem Spiritu » etc. Sed Christus omnia perfecte habuit, « non enim ad mensuram dat Deus spiritum », Io. III[34].

Quantum ad plenitudinem, quia perfectus fuit in omni gratia, quod notatur in hoc quod dicit *impleuit*, Io. I[14] « Vidimus eum plenum gratia ». De omnibus hiis Col. II[9] « In ipso habitat plenitudo diuinitatis corporaliter ».

Ad euidentiam eorum que hic dicuntur, oportet uidere quinque circa hec dona : primo qualiter differant a uirtutibus, beatitudinibus et fructibus, secundo de numero ipsorum, tertio de ordine ipsorum, quarto qualiter sint in Christo, quinto quomodo attribuuntur Spiritui Sancto.

Circa primum sciendum est quod, sicut dicit Gregorius, dona dantur in adiutorium uirtutum quibus perficiuntur potentie anime ad actus proportionatos secundum modum humanum, sicut fides que facit uidere in speculo et enigmate. Est autem duplex imperfectio uirtutis : una per accidens, que est ex indispositione habentis, ex qua indispositione manet <imperfecta> in subiecto, et iste defectus tollitur per augmentum uirtutis ; alius defectus est per se ex parte ipsius habitus, sicut fides secundum diffinitionem est cognitio imperfecta quia enigmatica, et iste defectus tollitur per altiorem habitum, qui uocatur donum quia quasi excedit modum humane operationis, a Deo datum : sicut donum intellectus, quod facit aliquo modo limpide et clare intueri que sunt fidei. Operatio autem procedens a uirtute perfecta dono dicitur beatitudo, que nichil aliud est quam operatio secundum uirtutem perfectam, ut dicit Philosophus, sicut dicitur Matth. V[8] « Beati mundo corde quoniam ipsi Deum uidebunt ». Talem autem operationem necessario sequitur delectatio, quia delectatio est operatio proprii habitus non impedita, ut dicit Philosophus ; et secundum hoc dicitur fructus, unde dicit Ambrosius super illud Gal. V[22] « Fructus autem » etc. quod dicuntur fructus inquantum mentes sincera delectatione reficiunt.

Circa secundum sciendum quod numerus horum potest accipi tripliciter, quia dona perficiunt aut per recessum a malo, et sic timor ; aut per accessum ad bonum, et sic uel secundum uitam contempla-

79 XXIX...etc. F] XXIV ego...honestatis(*ut infra* 84) *cet.* 80-86 Quarto...honestatis *om.* π 106 habuit F] *om. cet.* 108 iterum F] circa *cet.* 112 etc. *om.* Fπ 125 quomodo] quare F 126 est *om.* Fπ 131 imperfectio sBo] perfectio *cet.* 133 < imperfecta > *suppl.*] *om. codd.* 136 diffinitionem *coni.*] dispositionem *codd.* 137 cognitio *coni.*] con[e] *vel* conti[e] *codd.* 153 delectatione π] dilectione *cet.*

75 Cant. I[15] et II[1]. 79 Rectius XXXIX[19]. 90 Vers. 3. 91 Vers. 6. 108 dicitur : Eccli. XLIV[20]. 121 quinque... : fere eadem quinque quaerebat Albertus *Super Sent. III* d.34 a.1-5 ; cf. Praef. § 13. 126-153 Cf. *Super Sent. III* d.34 q.1 a.1 ; *I-II* q.68 a.1, q.69 a.1 et q.70 a. 2. 127 *Moral.* II c.49 n.77 (PL 75, 592 D). 145 *Ethic.* I 19 (1102 a 5). 150 *Ethic.* VII 12 (1153 a 14) et 13 (1153 b 9-12). 151 Ambrosius : eundem refert Albertus *Super Sent. III* d.34 a.2 (Borgnet 28, 622 a) ; revera Ps.-Hugo de S. Victore *Quaest. in Ep. Pauli* Epist. ad Gal. q.56 (PL 175, 566 D). 154-169 Cf. *Super Sent. III* d.34 q.1 a.2, *I-II* q.68 a.4.

Non secundum uisionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet; [4] set iudicabit in iustitia pauperes et arguet in equitate pro mansuetis terre, et percutiet terram uirga oris sui et spiritu labiorum suorum interficiet impium;

tiuam uel secundum actiuam : si secundum contemplatiuam, aut secundum contemplationem finis, et sic est sapientia que est de causis altissimis ; aut de hiis que sunt ad finem, et sic est intellectus, sicut de substantiis creatis spiritualibus et de hiis que ad eas pertinent. Si secundum actiuam, aut quantum ad ea ad que tenentur omnes, et sic exequens est pietas, que est beniuolentia in eos qui fide uel imagine Dei sunt iuncti, dirigens scientia ; aut de hiis ad que non tenentur omnes, et exequens est fortitudo ut exponat se difficilibus, dirigens consilium.

Ex hoc iam patet responsio ad tertium, quia ordinantur primo secundum quod perfectiones sunt, et hic ordo consideratur secundum exitum donorum a dante, et non secundum quod recipiuntur. Iterum patet quod sapientia dirigit intellectum, quia sapientis est ordinare et per prima aliquis regulatur in secundis, sicut metaphysica alias scientias, consilium fortitudinem, scientia pietatem, timor <in> omnibus quia idem dirigit in accessum ad bonum et in recessu a malo.

Circa quartum sciendum quod Christus habuit ista dona secundum excellentissimos usus ipsorum, secundum quos habentur in patria. Non enim habuit timorem seruilem ut timeret penam, uel filialem ut timeret peccare, sed castum timorem qui est reuerentie, Hebr. IV « Exauditus est pro sua reuerentia ». Et similiter patet de aliis. Dicitur autem specialiter quod repleuit eum spiritu timoris ne ex magnitudine donorum superbus credatur, sicut primus angelus de quo dicitur Ez. XXVIII[16] « In multitudine sapientie tue uel negotiationis tue repleta sunt interiora tua iniquitate » ; uel quia per humilitatem saluare uenerat ; uel quia in hoc se imitari uoluit, Matth. XI[29] « Discite a me quia mitis sum et humilis corde ».

Circa quintum sciendum est quod si considerentur ista dona secundum proprias rationes, sicut scientia inquantum est scientia, tunc quedam appropriantur Filio que pertinent ad perfectionem intellectus, quedam Spiritui Sancto que pertinent ad perfectionem affectus, quamuis omnia communiter sint dona totius Trinitatis. Si autem considerentur inquantum habent rationem doni, sic omnia attribuuntur Spiritui Sancto qui est primum donum in quo omnia dona donantur. Similiter etiam si considerentur quantum ad principium motionis talium donorum, qui est amor : bonitas enim Dei, ut dicit Dyonisius, est diffusiua omnium que recipiuntur in creaturis a Deo, que appropriatur Spiritui Sancto. Alii autem referunt hoc ad sanctitatem Iosie et Ezechie, Iudei ad antichristum.

Non secundum uisionem. Hic ostendit sanctitatem eius quantum ad rectitudinem operis, et precipue in iudicando quia hoc est opus regis. Unde tria ostendit : primo solertiam in discernendo, secundo iustitiam in exequendo : *Sed iudicabit*, tertio constantiam in perseuerando : *Et erit iustitia.* Dicit ergo quantum ad primum *Non secundum uisionem oculorum* exteriorum, *neque secundum auditum aurium* exteriorum, sicut Matth. XXII[16] dicentibus : « Magister, scimus quia uerax es », Io. II[25] « Opus ei non erat ut quis interrogaret de homine, ipse enim sciebat quid erat in homine ». Et hoc non potest exponi de homine puro, sicut dicitur I Reg. XVI[7] « Homo uidet que foris parent, Deus autem intuetur cor ». Et ideo dixerunt discrete, Io. XVI[30] « Nunc scimus quia scis omnia ». Alii tamen extorte exponunt de illis regibus, quia non secundum adulationes ea que primo aspectu uidentur iudicabunt, sed diligenter ueritatem cause inquirent.

Sed iudicabit. Hic ostenditur iustitia in exequendo. Et primo quantum ad bonos, ius suum distribuendo : *iudicabit*, in die iudicii et etiam nunc, Io. VI « Pater omne iudicium dedit Filio » ; *pauperes*, de quibus Matth. V[3] « Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum ». Secundo quantum ad malos, et primo quantum ad membra : *percutiet terram*, id est terrenos, *uirga oris sui*, « Ite maledicti », Matth. XXV[41], « Ve uobis scribe » etc., Matth. XXIII[13] ; quantum ad caput : *spiritu labiorum*, id est indignatione sua

174 Iterum F] tertium Bo tertio π 177 alias] ad *praem.* Fπ 178 < in > *suppl.*] *om. codd.* 188 repleuit] impleuit F 194 se imitari *inv.* F 207 qui est amor *om.* F 209 appropriatur] -antur Fπ 214 et precipue *om.* Fπ 227 discrete] *ita codd.; an legendum* discipuli? 242 Ve...Matth. XXIII *scrips. cum* F] *hom. om. cet.*

181-195 Cf. *III Pars* q.7 a.5. 186 Rectius Hebr. V[7]. 191 sapientie tue : cf. Ez. XXVIII[5]. 208 Cf. *De div. nom.* c.4 § 1 (PG 3, 693 B ; Dion. 146). 229 illis... : cf. supra lin. 9-11. 236 Rectius Ioh. V[22].

[5] et erit iustitia cingulum lumborum eius et fides cinctorium renum eius. [6] Habitabit lupus cum agno, et pardus cum hedo accubabit; uitulus et leo et ouis simul morabuntur, et puer paruulus minabit eos; [7] uitulus et ursus pascentur, simul requiescent catuli eorum, et leo quasi bos comedet paleas. [8] Et delectabitur infans ab ubere super foramina aspidis, et in cauerna reguli qui ablactatus fuerit manum suam mittet.

uerbis expressa; *impium*, antichristum, II Tess. II[8] « Reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur et extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur »; uel dyabolum, Io. XII[31] « Nunc iudicium est mundi, nunc princeps mundi huius eicietur foras ». Et totum hoc potest ad litteram exponi de illis regibus qui iusti fuerunt et suis preceptis impios occiderunt.

Et erit. Hic ponitur constantia in perseuerando : *Et erit iustitia*, quam obseruabit in iudiciis, *cingulum lumborum eius*, id est ensis quo pugnabit, *et fides*, confidentia de Deo qua preualebit; et hoc ad Christum et ad illos reges. Vel *cingulum lumborum*, quod fortiter homini adheret et totum hominem undique cingit. Vel *iustitia*, in equitate facti, <*fides*>, fidelitas in modo faciendi, Eph. ult. « Estote succincti lumbos uestros »; uel *iustitia*, iusti, *fides*, fideles, et sic tantum ad Christum, Ier. XIII[11] « Sicut adheret lumbare ad lumbros uiri, sic agglutinaui michi omnem domum Israel ». Ex hoc arguit Ieronimus contra Hebreos quod non possunt omnia intelligi sicut sonant uerba.

Habitabit lupus. Hic ponitur effectus rectitudinis que est in multitudine pacis, quam ostendit quantum ad duo : primo quantum ad magnorum mansuetudinem, secundo quantum ad paruorum securitatem : *Et delectabitur*. Mansuetudo ostenditur quantum ad tria : quantum ad habitationem : *lupus*, rapax, *cum agno*, innocente, et e conuerso quia sequetur innocentiam eius; *pardus*, astutus, *cum hedo*, simplice; *uitulus*, genus animalis fortis, *et leo*, genus animalis fortis et ferocis, *ouis*, genus animalis debilis, omnes *simul* in unitate erunt, « ubi non est gentilis et Iudeus, circumcisio et preputium, barbarus et Syta, seruus et liber; sed omnia et in omnibus Christus », Col. III[11]. Quod significatum est in archa Noe ubi fuerunt omnia animalia utriusque generis, Gen. VII[1-3].

Secundo quantum ad gubernationem : *puer paruulus*, Petrus piscator, supra VIII[18] « Ecce ego et pueri mei », I Cor. I[27] « Stulta mundi elegit Deus ut confundat sapientes, et contemptibilia ut confundat fortia »; *minabit*, id est ducet ad regnum sicut dux.

Tertio quantum ad comestionem dupliciter : quantum ad cibi conformitatem : *uitulus*, qui comedit herbas, animal mundum, *ursus*, qui lacerat carnes nec est mundum animal, simul *pascentur*, eodem cibo uerbi Dei; *catuli*, id est familie eorum, *simul*, id est conformiter, *requiescent* ad comedendum, uel cibum sacramentorum, I Cor. X[3] « Eandem escam spiritualem manducauerunt ». Secundo quantum ad cibi humilitatem : *leo*, rex, *quasi bos*, rusticus, *paleas*, rudem doctrinam, uel ad litteram abstinentie cibos, Iob XXXIX[9] « Numquid uolet rinoceros seruire tibi aut morabitur ad presepe tuum? »; sed expressius uidetur hoc seruari in religione, ubi homines diuerse etatis et condicionis unanimiter, id est conformiter, uiuunt, Ps. « Qui habitare facit unanimes in domo ». Alii uolunt quod fuit completum tempore illorum regum, quando maiores in pace uiuebant cum minoribus. Iudei dicunt omnia hec ad litteram futura temporibus antichristi.

Et delectabitur. Hic ostendit paruorum securitatem, et ponit tria : eorum confidentiam, cum contra horrorem ponit letitiam : *super foramina aspidis*, id est super tribulationes quas dyabolus uel tyrampnus immittet, et statim quod lacte doctrine fidei nutriri ceperit, Ro. V[3] « Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus, scientes quia tribulatio patientiam operatur »; uel in conuertendis malis, Apoc. ult. « Qui audit dicat : Veni ». Contra fugam que est indicatiua timoris, ponit inuadendi audaciam : *qui ablactatus fuerit*, iam solido utens cibo, faciet plus quod *mittet manum suam in cauernam reguli*, id est dyaboli qui « est rex super uniuersos filios superbie », Iob XL, quia se confidenter persecutionibus tyrampnorum exponet sicut multi martires fecerunt, Iob XXXIX[21] « Exultat, audacter in occursum pergit armatis »;

245 Reuelatus fuerit] reuelabitur F 255 et fides...preualebit *scripsi. cum* F] *om. cet.* 259 < fides > *suppl.*] *om. codd.* 274 innocentiam] -tia Fπ 278 gentilis] masculus et femina *praem. codd.* (*ex* Gal. III[28]) 279 Syta] sita F suta π 281 fuerunt *post* generis Fπ 285 mei] in cubili (*ex* Luc. XI[7]) *add. codd.* elegit] eligit Fπ 299 XXXIX] XXIX Fπ 314 fidei *om.* Fπ

259 Eph. VI[14]. 264 arguit... : Hier. (147 C; 150-151) in *Glossa marg.* 273 et e conuerso : melius Hugo « et non e converso », cum Hier. (147 C; 152); item Guerricus « et non agnus cum lupo » (ms. f. 48 rb). 304 Ps. LXVII[7] sec. Psalt. romanum. 317 Apoc. XXII[17]. 322 Rectius Iob XLI[25].

[9] Non nocebunt et non occident in uniuerso monte sancto meo, quia repleta est terra scientia Domini sicut aque maris operientes. [10] In die illa radix Iesse qui stat in signum populorum ipsum gentes deprecabuntur, et erit sepulchrum eius gloriosum. [11] Et erit in die illa, adiciet Dominus secundo manum suam ad possidendum residuum populi sui, quod relinquetur ab Assyriis et ab Egypto et a Fetros et ab Ethiopia et ab Elam et a Sennaar et ab Emath et ab insulis maris. [12] Et leuabit signum in nationes et congregabit profugos Israel et dispersos Iuda colliget a quatuor plagis terre.

uel refertur ad predicatores qui mittunt manum predicationis ad conuersionem peccatorum ; uel *ab uberibus*, nouitatis et uoluptatis, quia nouitii de hoc gaudent.

Secundo ponit nocendi impotentiam : *Non nocebunt* ; *monte sancto*, id est Ecclesia, nisi uolentibus, Luce x[19] « Ecce dedi uobis potestatem », Marci ult. « Signa autem eos qui crediderint hec sequentur : linguis loquentur nouis, serpentes tollent ».

Tertio ponit utriusque causam : *quia repleta est terra scientia Domini*, Ps. « In omnem terram exiuit sonus eorum », Eccli. xxiv[40] « Ego sapientia effudi flumina ». Iudei exponunt hoc totum factum ad litteram. Alii dicunt per hoc significari quod temporibus illorum regum committebant se quilibet paruuli audacter illis qui prius fuerant predatores et crudeles.

In die illa. Hic ponit dignitatem. *In signum*, crucis, quod assumentes saluantur, Io. xii[32] « Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum », infra xlix[22] « Ecce ego leuabo ad gentes manum meam et exaltabo ad populos signum meum » ; *ipsum gentes deprecabuntur*, Ps. « Adorabunt eum omnes reges, omnes gentes seruient ei » ; *erit sepulcrum eius gloriosum* : uenerabitur ab omnibus, unde designatum est per sepulcrum quod fecit in Modin in monumentum sempiternum, ut aspiciatur ab omnibus transeuntibus, Mach. iv. Alii exponunt hoc de Iosia, quia fuit sepultus in sepulcris regum.

Et erit in die illa. In parte ista promittit populi restaurationem quantum ad tria : primo quantum ad ipsorum liberationem, secundo quantum ad liberatorum condicionem, ibi *Et auferetur*, tertio quantum ad liberationis preparationem, ibi *Et desolabit*. Circa primum duo facit : primo promittit liberationem, secundo describit liberationis modum : *Et leuabit Dominus*. Quidam exponunt hoc de liberatione a captiuitate Babilonis, quando possedit eos, eripiens a seruitute Babilonis ; et dicitur secunda respectu prime liberationis qua eduxit eos de seruitute Egypti : Nabuchodonosor enim eos uastante, diuerse gentes eos in captiuos et in seruos duxerant et, multis interfectis, residui congregati sunt ex precepto regis Cyri, sicut legitur Esdre i. Sed melius exponitur de liberatione facta per Christum : sic enim consonat precedentibus.

In die illa, scilicet cum steterit in signum populorum, *adiciet secundo*, per apostolos, quia primo per se predicauit ; *residuum*, quia reliquie salue fient : in quo notatur sanctitas Iudeorum conuersorum et multitudinis gentium, de quo Mich. ult. « Factus sum sicut qui colligit in autumpno racemos uindemie ». *Phetros* regio est, nomen habens ab uno filiorum Abraam ; *Elam*, ciuitas Persidis ; *Emath*, Antiochia ; *Sennaar*, locus in Caldea, Ier. xxx. Vel *secundo*, in secundo aduentu, quando per Elie predicationem conuertentur corda filiorum ad patres, Mal. ult., Ro. xi[25] « Ex parte contingit in Israel » etc.

Et leuabit. Hic ponit liberationis modum, quantum ad primam expositionem : *leuabit signum*, id est edictum regis Cyri ; *profugos Israel*, qui ad litteras Ezechie uenerunt in Ierusalem et coniunxerunt se duabus tribubus, et cum illis fuerunt captiuati et cum eis liberati. Vel *signum* crucis, quantum ad secundam expositionem ; *et congregabit profugos*, Act. xiii[46] « Vobis oportebat primum predicari uerbum Dei, sed quia repellitis illud, ecce conuertimur ad gentes ». Vel *signum* alicuius miraculi per quod conuertentur ad predicationem Elie, infra xlix[22] « Ecce leuabo ad gentes manum meam et exaltabo ad populos signum meum », Ez. xxxiv « Predicabis » etc.

332 potestatem] super omnia demonia(*ex* Luc. ix[1]) *add. codd.* 333 crediderint] -rit Bo -runt Fπ 334 sequentur] secuntur Fπ 336 repleta] impleta Fπ 343 predatores *corr.*] predicatores *codd.* crudeles F] credulos *cet.* 348 populos] -ulum Fπ 361 ibi F] *om. cet.* 371 Cyri] tyri Bo FLV 386 Ro. ...etc. F] *om. cet.* 390 Cyri] tyri *codd.* 392 duabus] *post* tribubus F *om.* π 401 Ez.... etc. F] *om. cet.*

333 Marc. xvi[17]. 337 Ps. xviii[5]. 349 Ps. lxxi[11]. 354 I Mach. xiii[25-30]. 360 Vers. 13. 361 Vers. 15. 364 Vers. 12. 364 Quidam : Hebraei sec. Hugonem super vers.1. 372 I Esdr. i. 380 Mich. vii[1]. 381-384 Phetros...Caldea : cf. Andreas de S. Victore « Phretos regio est nomen ab uno filiorum Abraham...Elam ciuitas est persidis...Sennaar locus in caldea. Emath ipsa est antiochia » (ms. f.64 rb). 386 Mal. iv[4]. 401 Rectius Ier. xix[2].

13 Et auferetur zelus Ephraim, et hostes Iuda peribunt; Ephraim non emulabitur Iudam et Iudas non pugnabit contra Ephraim. 14 Et uolabunt in humeros Phylistiim per mare, simul predabuntur filios orientis; Ydumea et Moab preceptum manus eorum, et filii Amon obedientes erunt. 15 Et desolabit Dominus linguam maris Egypti et leuabit manum suam super flumen in fortitudine spiritus sui et percutiet eum in septem riuis, ita ut transeant per eum calciati. 16 Et erit uia residuo populo meo qui relinquetur ab Assyriis, sicut fuit Israeli in die qua ascendit de terra Egypti.

Et auferetur. Hic ostenditur liberatorum condicio, et primo quantum ad concordiam, contra odium quod erat inter Ephraym et Iudam : *Et auferetur zelus*, id est odium; hoc completum fuit in reditu de captiuitate, secundum primam expositionem; uel quantum ad unitatem fidei, secundum secundam; uel complebitur in futuro, quantum ad tertiam. De ista concordia, Ier. III[18] « Ibit domus Iuda ad domum Israel, et uenient simul de terra aquilonis ad terram quam dedi patribus uestris ».

Secundo quantum ad potentiam in subiugatione hostium, uel que fuit ad litteram temporibus Machabeorum, quantum ad primam; uel per predicationem apostolorum, quantum ad secundam; uel quantum ad prosperitatem quam etiam in futuro Dominus eis dabit. *Volabunt*, quasi uelociter impingent, *in humeros Philistiim*, flagellandos, *per mare*, quia sunt circa mare, et hoc quantum ad primam et tertiam; *simul*, cum eis iam uictis, *predabuntur filios orientis*, Assyrios : hoc non legitur factum tempore Machabeorum; uel *predabuntur per mare*, quia Philistei habundant nauibus. *Ydumea et Moab*, qui primo hostes, *preceptum manus eorum* implebunt, non expectabunt alium facientem secundum mandatum : in quo notatur magna exaltatio; *et filii Amon* : hii omnes fuerunt magni aduersantes, infra XLIX[12] « Venient » etc. Vel *uolabunt*, pre desiderio predicandi, *per mare*, quia apostoli nauigio per mare ad multas gentes peruenerunt. Vel per has gentes quas nominat omnes intelligit, infra LX[8] « Qui sunt isti qui ut nubes uolant? »; *preceptum manus*, quia docebant uerbo et exemplo.

Et desolabit. Hic ponitur liberationis preparatio. Et circa hoc duo ponuntur : primo preparatio, secundo utilitatis consecutio : *Et erit.* Promittitur autem preparatio secundum similitudinem ad duplex beneficium quod exhibitum fuit patribus uenientibus de Egypto : primo in diuisione maris, de quo legitur Exo. XIV, et quantum ad hoc dicit *linguam maris;* et dicitur lingua maris quia, sicut dicit Magister in Hystoriis, in egressu filiorum Israel de Egypto non fuit diuisum mare ex uno litore, sed quasi quedam lingua que circumdabat montem quendam. Lingua maris, id est medium maris, more hebraici sermonis, qui omne quod est in medio linguam uocat, propter hoc quod lingua est in medio oris. Quod quidem ad litteram numquam fuit factum; sed significatur amotio omnis impedimenti detinentis, quantum ad primam expositionem; uel lingua maris dicitur Egyptus, cuius litus lingit mare. Sed quantum ad secundam : *linguam maris Egypti desolabit*, id est linguam qua ydola laudabant.

Secundum beneficium fuit in diuisione Iordanis, de quo legitur Iosue IV, et quantum ad hoc dicit *leuabit manum suam*, hoc est potentiam suam, *super flumen*, quantum ad primam expositionem; et est metaphorica locutio, ut per diuisionem maris et fluminis intelligatur omnis impedimenti amotio; quantum ad secundam, significatur ad litteram *flumen:* ipse Nilus, qui ab Alexandro diuisus est in septem riuos, qui preparatio Romanis est, et adeo predilatati ut, aqua per riuos et meatus transeunte, transuadari a calciatis posset apostolis, de quibus Eph. ult. « Calciati pedes in preparatione Euangelii pacis ». Vel per *flumen* significatur regnum Egypti quod diuisum est a Romanis in plures senatus. *In fortitudine spiritus sui*, exercitus Alexandri, uel Romanorum; uel *spiritus*, id est uenti, ad similitudinem eius quod dicitur Exo. XIV[21] « Flante uento uehementi et urenti tota nocte ».

Et erit uia. Hic ponitur utilitas, et iam patet per ea que dicta sunt; *sicut fuit*, Eccli. XXXVI[6] « Innoua signa et immuta mirabilia; glorifica manum et brachium dextrum, excita furorem et effunde iram ».

405 hoc] hic Fπ 418 eis] ei Fπ 426 expectabunt F] expecta *cet.* 429 etc. F] *spat. vac.* Bo *om.* π 434 manus *coni.*] maius *codd.* 455 linguam...linguam *scripsi.*] lingua...lingua *codd.* 465 qui] que Fπ 466 adeo...ut *coni.*] ideo...aut *codd.*

432 Vel...intelligit : *Glossa interlin.* 444 Petrus Comestor *Hist. schol.* Exod. cap.31 (PL 198, 1158 B). 448 more hebraici... : cf. Hugo, et Andreas de S.V. (ms. f.63 vb). 464-471 Cf. *Glossa marg.* ex Haym. (783 B-C). 468 Eph. VI[18].

CAPITVLVM XII

[1] Et dices in illa die : Confitebor tibi Domine quoniam iratus es michi ; conuersus est furor tuus, et consolatus es me. [2] Ecce Deus saluator meus : fiducialiter agam et non timebo, quia fortitudo mea et laus mea Dominus Deus, et factus est michi in salutem. [3] Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. [4] Et dicetis in die illa : Confitemini Domino et inuocate nomen eius, notas facite in populis adinuentiones eius, mementote quoniam excelsum est nomen eius. [5] Cantate Domino quoniam magnifice fecit, annuntiate hoc in uniuersa terra. [6] Exulta et lauda habitatio Syon, quia magnus in medio tui Sanctus Israel.

Confitebor. Hic ponitur gratiarum actio pro suscepto beneficio, quod quidem iam spiritu prophetali propheta uidebat et populo promittebat. Vnde tria facit : primo decantat canticum, secundo promittit populo beneficium : *Haurietis*, tertio predicit decantaturum populum : *Et dicetis*.

Tribus autem malis premebantur tunc, scilicet pro preteritis culpis diuino furore, pro futuris penis hostium timore, pro presentibus malis cordis dolore. Contra primum commemorat Dei misericordiam. Et ideo dicit *Confitebor tibi* ego, Domine, ex nunc, id est laudabo, quia populi nondum uidentis beneficium de quo gratias agit, de hoc quod sequitur : *quoniam* primo iuste *iratus es michi*, pro peccatis meis, et *conuersus est furor tuus* in misericordiam, *et consolatus es me*, quantum ad misericordie effectum, preteritum pro futuro ; et hoc in reditu populi de Babilone, et maxime de consolatione facta per Christum, Zach. VIII[14] « Sicut cogitaui ut affligerem uos, cum ad iracundiam prouocassent patres uestri me, dicit Dominus ».

Contra secundum confitetur de Deo fiduciam : *Ecce Deus saluator meus*, liberans populum de seruitute Babilonis ; uel uerius, qui saluum faciet populum suum, Luce I « Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum », Ier. XXX[10] « Ne timeas, serue meus Iacob, ait Dominus, neque paueas, Israel, quia ecce ego saluabo te de terra longinqua ». Contra tertium, diuine fortitudinis potentiam : *fortitudo mea*, per quam subsisto, *et laus mea*, quam laudo, relictis ydolis, Ps. « Diligam te, Domine, fortitudo mea ».

Haurietis. Hic promittit beneficium : *aquas* consolationis, refrigerantes contra estum tribulationis.

Et dicetis. Hic predicit etiam populum decantaturum post receptum beneficium, et continet mutuam exhortationem populi ad diuinam laudem, Ponitur autem exhortatio ad tria : ad laudis diuine confessionem, ad gratiarum actionem : *Cantate Domino*, ad communem exultationem : *Exulta*. Circa primum ponuntur quatuor : aut enim confitemur per fidem : *Confitemini Domino*, Ro. X[10] « Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem » ; aut inuocamus per orationem : *inuocate*, infra LV[6] « Querite Dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est » ; aut annuntiatur per predicationem : *notas facite adinuentiones eius*, quia multa adinuenit ad saluandum, Ier. XXXI[10] « Audite uerbum Domini, gentes, et annuntiate in insulis que procul sunt » ; aut memoratur per iugem meditationem : *<mementote>*, Ps. « Mementote mirabilium eius ».

Cantate. Hic exhortatur ad gratiarum actionem ; et primo ut gratias agant Deo : *Cantate Domino quoniam magnifice fecit*, nos liberando, Ps. « Cantate ei canticum nouum quia mirabilia fecit » ; secundo ut annuntietur mundo : *annuntiate*, Tob. XII[6] « Benedicite Deum celi, et coram omnibus uiuentibus confitemini ei ».

Exulta. Hic ponitur exhortatio ad exultationem ; et primo ut sit gaudium in corde : *Exulta* ; secundo ut sit iubilus in ore : *lauda* ; tertio ponitur utriusque ratio : *quia magnus*, infra XXXV[2] « Exultabit letabunda et laudans ».

Notandum super illo uerbo *Haurietis aquas*, quod est aqua primo doctrine, infra LV[1] « Omnes

8 furore...timore] furorem...timorem pBoπ 10 dolore] -rem *codd.* 13 agit] agat F 18 hoc] est *add.* F 20 ut] si F 35 consolationis] -ones F 40 ad tria] quantum *praem.* F 41 Cantate *scripsi.* (*cf.* 55)] canticum *codd.* 53 < mementote > *suppl.*] *om. codd.* 56 agant π] agantur *cet.* 58 quia...fecit *om.* π 60 et...ei *om.* π

25 qui...suum[1] : cf. *Glossa interlin.* 26 Luce I : rectius Matth. I[21]. 32 Ps. XVII[2]. 54 Ps. CIV[5]. 57 Ps. XCVII[1]. 67 Cf. vers. 3.

sitientes uenite ad aquas »; secundo gratie, Io. VII[38] « Qui in me credit, flumina de uentre eius fluent aque uiue »; tertio baptismalis munditie, Io. III[5] « Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest intrare in regnum Dei ».

Item nota quod haurietur aqua de fonte, primo diuine sapientie, Eccl. I[5] « Fons sapientie uerbum Dei in excelsis »; secundo eterne uite, Ier. VI « Me dereliquerunt fontem aque uiue »; tertio Christi corpore, Zach. XIII[1] « In die illa erit fons patens domui Dauid ».

Nota super illo uerbo *Adinuentiones eius*, quod Christus adinuenit primo breue salutis uerbum, Baruc III[37] « Hic adinuenit omnem uiam discipline, et tradidit illam Iacob puero suo et Israel dilecto suo »; secundo nouum salunadi modum, Iob XXXIII[24] « Inueni in quo ei propitier »; tertio saluandum populum, Luce XV[9] « Congratulamini michi quia inueni drachmam quam perdideram ».

[1] Ve Arihel, Arihel ciuitas, quam expugnauit Dauid. Additus est annus ad annum, sollempnitates euolute sunt. [2] Et circumuallabo Arihel et erit tristis et merens. Et erit michi quasi Arihel. [3] Et circumdabo quasi speram in circuitu tuo et iaciam contra te aggerem et munimenta ponam in obsidionem tuam. [4] Humiliaberis, de terra loqueris, et de humo audietur eloquium tuum ; et erit quasi phytonis de terra uox tua, et de humo eloquium tuum musitabit. [5] Et erit sicut puluis tenuis multitudo uentilantium te, et sicut fauilla pertransiens multitudo eorum qui contra te preualuerunt. [6] Eritque repente confestim a Domino exercituum ; uisitabitur in tonitruo et commotione terre et uoce magna turbinis et tempestatis et flamme ignis et deuorantis. [7] Et erit sicut sompnium uisionis nocturne multitudo omnium gentium que dimicauerunt contra Arihel et omnes qui militauerunt et obsederunt et preualuerunt aduersus eam.

Ve Ariel. In parte ista ponit comminationem contra populum siue contra ciuitatem, et diuiditur in partes duas ; in prima comminatur penam temporalis destructionis, in secunda penam spiritualis excecationis : *Obstupescite.* Circa primum duo : in prima comminatur destructionem, in secunda ponit qualemcumque consolationem : *Et erit sicut sompnium.* Prima in duas : in prima destructionem Ierusalem per Babilonios, in secunda per Romanos : *Et circumdabo.*

Circa primum tria. Primo commemorat pristinam dignitatem : *Ariel*, id est leo Dei, quia Dei uirtute, temporibus Dauid et Salomonis, nullum timebat, sicut nec leo, Prou. xxx[30] « Leo fortissimus bestiarum, ad nullius pauebit occursum » ; uel propter altare holocaustorum quod ibi erat, quod consumebat animalia sicut leo, et sic sumitur Ez. xliii[15] ; uel forte propter figuram, quia erat sita in modum leonis. *Expugnauit*, II Reg. v[7] ; « Nam leonem et ursum expugnaui ».

Secundo ponit destructionem, ponens tria : festorum cessationem : *Additus*, quasi dicat : multis annis, *euolute*, id est perierunt, Osee iii[4] « Sedebunt dies multos absque sacrificio et ephot » ; obsidionem : *Et circumuallabo*, scilicet Caldeis, Ez. iii « Erit in obsidionem » ; et innuit expugnationem ex tristitia : *et erit tristis*, Tren. i[22] « Multi gemitus » etc.

Tertio ponit reparationem factam sub Ihesu sacerdote magno et aliis, de quo habetur in Esdra per totum. *Et erit michi*, quasi dicat : umbram tantum pristine dignitatis retinens. Sed contra : Agei ii[10] « Magna est gloria domus istius nouissime plus quam prime ». Et dicendum quod hoc dicitur propter hoc quod fuit uisitata ab ipso Filio Dei corporaliter.

Et circumdabo. Hic comminatur destructionem per Romanos. Et circa hoc quatuor ponit. Primo obsidionem : *Et circumdabo quasi speram*, id est in circuitu, Luce xix[43] « Circumdabunt te inimici tui uallo », Abacuc i[10] « Super omnem munitionem ridebit et comportabit aggerem ». Secundo obsessorum humiliationem : *Humiliaberis*, et humiliationis signum : *de terra loqueris*, id est ita ac si sub terra esses etiam audieris humiliter uerba ferens phytonis, qui silenter incantabant, Soph. iii[11] « Auferam de medio tui maleloquos superbie tue » ; uel humiliationis meritum arguens in eis peccatum auaritie : *de terra loqueris*, et ydolatrie : *et erit quasi phytonis.* Tertio ponit hostium multitudinem : *Et erit sicut puluis*, Ioelis ii « Gens ascendit », uel hostium destructionem, sicut supra xvii[13] « Rapietur sicut puluis montium a facie uenti ». Quarto ponit ipsam destructionem : *Eritque repente*, metaphorice, propter hostium ferocitatem, Ier. iv[13] « Quasi nubes ascendet et quasi tempestas : currus eius uelociores aquilis ».

Et erit sicut sompnium. Hic adhibet quandam consolationem ex hostium pena, quia sicut res uana in nichilum ibunt, non reportantes aliquod commodum ex destructione Iudee, sicut nec esuriens uel sitiens ex cibo uel potu sompniato,

8 sompnium] sompnum Fπ *et sic deinceps* destructionem] ponit *praem.* π 17 consumebat F] -mabat *cet.* sic F] sicut *cet.* 27 Tren. ...etc. F] *om. cet.* 32 tantum F] *om. cet.* 44 id est *om.* pBo si *om.* Bo 49 loqueris] loquens Fπ 59 res] ros Bo

5 Vers. 9. 7 Vers. 7. 10 Vers. 3. 12 Ariel...leo Dei ; cf. Hier. (328 B ; 370) et expositores. 16-19 uel...uel... : cf. Hugo. 20 Nam...expugnaui : ex I Reg. xvii[35]. 26 Ez. iii : rectius iv[2]. 31 umbram...retinens : ita *Glossa interlin.* 51 Ioelis ii : rectius i[6].

[8] Et sicut sompniat esuriens et comedit, cum autem fuerit experrectus, uacua est anima eius ; et sicut sompniat sitiens et bibit et postquam fuerit expergefactus lassus adhuc sitit et anima eius uacua est, sic erit multitudo omnium gentium que dimicauerunt contra montem Syon. [9] Obstupescite et admiramini, fluctuate et uacillate ; inebriamini et non a uino, mouemini et non ebrietate. [10] Quoniam miscuit uobis Dominus spiritum soporis, claudet oculos uestros, prophetas et principes uestros qui uident uisiones operiet. [11] Et erit uobis uisio omnium sicut uerba libri signati, quem cum dederint scienti litteras dicent : Lege istum, et respondebit : Non possum, signatus est enim. [12] Et dabitur liber nescienti litteras, diceturque ei : Lege, et respondebit : Nescio litteras. [13] Et dixit Dominus : Eo quod appropinquat populus iste ore suo et labiis suis glorificat me ; cor autem eius longe est a me, et timuerunt me mandato hominum et doctrinis. [14] Ideo ecce ego addam ut admirationem faciam populo huic miraculo grandi et stupendo ; peribit enim sapientia a sapientibus eius, et intellectus prudentium eius abscondetur. [15] Ve qui profundi estis corde, ut a Domino abscondatis consilium ; quorum sunt in tenebris opera, et dicunt : Quis uidet nos et quis nouit nos ?

Eccli. XXXIV[1] « Vana spes et mendacium insensato uiro, et sompnia extollunt imprudentes », Zach. XII[8] « Ponam Ierusalem lapidem honeris cunctis populis ».

Nota super illo uerbo *Et erit sicut sompnium*, quod aliquid dicitur sompnium : primo propter uanitatem, Eccli. XXXIV[3] « Visio sompniorum secundum hoc » ; secundo propter breuitatem, Iob XX[8] « Velut sompnium aduolans non inuenietur » ; tertio propter cognitionis obscuritatem, Iob XXXIII[15] « Per sompnium in uisione nocturna », « quando solet sopor occupare homines » ; quarto propter anime peruersitatem, infra LVI[10] « Dormientes et amantes sompnia ».

Obstupescite. Hic comminatur penam excecationis, et primo predicit excecationem Iudeorum, secundo conuersionem gentium : *Nonne adhuc*. Circa primum duo : primo ponit excecationem, secundo ipsius rationem assignat : *Et dixit Dominus*.

Circa primum tria. Primo predicit excecationem, ponens ea que perturbant iudicium rationis : *Obstupescite*, ex consideratione malorum culpe uel pene, Ier. II[12] « Obstupescite celi super hoc, et porte celi desolamini uehementer » ; *et ammiramini*, ex consideratione magnorum, Ps. « Mirabilia opera tua » ; *fluctuate*, ex incertitudine eligendorum, Iac. I[6] « Qui enim hesitat similis est uento » ; *uacillate*, ex inconstantia propositorum, Iob IV[4] « Vacillantes confirmauerunt manus tue » ; *inebriamini*, ex anxietate dolorum, Abacuc II[16] « Bibe tu quoque et consopire, circumdabit te calix dextere Domini ». Secundo ponit excecationis modum : *Quoniam miscuit*, id est sicut uinum mixtum propinauit ; *oculos uestros*, scilicet prophetas, supra XIX[14] « Dominus miscuit in medio spiritum uertiginis ». Tertio ponit excecationis effectum, quia librum sacre Scripture et uisiones omnium prophetarum non intelligent : *Et erit uobis*, Apoc. V[1] « Vidi in dextera sedentis librum ».

Et dixit Dominus. Hic ponit causam excecationis, scilicet peccatum ipsorum, et primo in affectu, secundo in intellectu : *Ve qui profundi*. Circa primum duo facit. Primo <ponit> culpam diuini contemptus : *cor autem eius*, quia palliant uerbis, *labiis*, humanis obseruantiis : *et timuerunt*, Ier. XII[2] « Prope es tu ori eorum et longe a renibus eorum », Matth. XV[6] « Irritum fecistis mandatum Dei propter traditiones uestras ». Secundo penam : *Ideo ecce ego* ; *grandi*, secundum eorum reputationem, uel quondam, Abd. ; « Perdam sapientiam sapientium et prudentiam prudentium reprobabo», I Cor. I[19].

Ve qui profundi. Hic ponit peccatum ex parte intellectus, quia non credebant Dei prouidentiam, quod sciret ea que circa nos aguntur. Et circa hoc duo facit. Primo ponitur erroris excogitatio : dicebant autem Deum latere propter cordis profunditatem, ubi sua praua consilia pertractabant, unde dicit : *qui profundi*, Ier. XVII[9] « Profundum est cor hominis et inscrutabile, quis cognoscet illud? » ; et propter obscuritatem locorum in quibus praua opera exercebant, unde dicit : *quorum sunt*, Io. III[20] « Omnis qui male agit odit

69 sompniorum *coni.*] sompnio Bo π *dub.* F 80 duo] facit *add.* F 93 Bibe] bibite pBo π 100 uisiones] -nem Fπ 106 <ponit> *suppl.*] *om. codd.* 114 sapientum...prudentum Fπ 126 male agit *inv.* F

67 Cf. vers. 7. 74 quando...homines : ex Iob IV[13]. 79 Vers. 17. 81 Vers. 13. 88 Ps. CXXXVIII[14]. 113 Cf. Abd. vers. 8. 122 Profundum : ita Hugo hic ; « prauum » Ω *Clem.*

16 Peruersa est hec uestra cogitatio, quasi si lutum contra figulum cogitet, et dicat opus factori suo : Non fecisti me, et figmentum dicat fictori suo : Non intelligis. 17 Nonne adhuc in modico et in breui conuertetur Libanus in Chermel, et Chermel in saltum reputabitur? 18 Et audient in die illa surdi uerba libri, et de tenebris et caligine oculi cecorum uidebunt. 19 Et addent mites in Domino letitiam, et pauperes homines in Sancto Israel exultabunt. 20 Quoniam defecit qui preualebat, consummatus est illusor, et succisi sunt omnes qui uigilabant super iniquitatem, 21 qui peccare faciebant homines in uerbo et arguentem in porta supplantabant et declinauerunt frustra a iusto. 22 Propter hoc hec dicit Dominus ad domum Iacob qui redemit Abraham : Non modo confundetur Iacob, nec modo uultus eius erubescet ; 23 set cum uiderit filios suos opera manuum mearum in medio sui sanctificantes nomen meum, et sanctificabunt Sanctum Iacob et Deum Israel predicabunt, 24 et scient errantes spiritu intellectum, et musitatores discent legem.

lucem », Eccli. XVI[16] « Non dicas : a Deo abscondar ».

Secundo ponitur iusta increpatio : *Peruersa est. Non fecisti*, quia Deus cognoscit inquantum est causa rei, infra LV « Ve qui contradicit factori suo », infra LXIV[8] « Et nunc, Domine, pater noster es tu, nos uero lutum ; et fictor noster, et opera manuum tuarum omnes nos ».

Nonne. Hic predicit gentium conuersionem, et circa hoc tria facit. Primo predicit conuersionem ad gratiam : *Libanus*, gens, quia mons erat in terra gentium ; *in Cermel*, in gratiam quam Iudei per circumcisionem habebant, quia interpretatur scientia circumcisionis ; *in saltum*, id est in sterilitatem, in qua prius erant gentes ; infra XXXII[15] habetur idem. Ad sacram scientiam : *Surdi*, scilicet gentiles qui prius non audierant uerba legis, Matth. X « Ceci uident », Io. IX[39] « In iudicium in hunc mundum <ueni>, ut qui non uident uideant, et qui uident ceci fiant ». Ad spiritualem letitiam : *Et addent*, Ps. « Letabor et exultabo in te, psallam nomini tuo, Altissime ».

Secundo assignat conuersionis occasionem uel rationem ex casu dyaboli : *Quoniam defecit qui preualebat*, per potentiam, *illusor*, deceptor per astutiam, supra XVI[4] « Consummatus est miser » ; ex cecitate Iudaici populi, « quia cecitas ex parte contingit », Ro. XI[25]. *Succisi sunt qui uigilabant* : studiositas ad malum, Prou. IV[16] « Non enim dormiunt nisi male fecerint » ; *Qui peccare*, prauis exemplis et doctrinis ; *arguentem*, quantum ad discipline contemptum, Amos V[10] « Odio habuerunt corripientem in porta » ; *declinauerunt*, quantum ad peccati uanitatem, quia frustra est quod non consequitur finem, Sap. V[8] « Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? ».

Tertio ponit Iudeorum reuersionem in fine mundi, cum dicit : *Propter hoc hec dicit qui redemit*, Gen. XI ; *Non modo*, id est in hoc tempore, *confundetur* bona confusione, Eccli. IV[25] « Est confusio adducens gloriam » ; *filios*, apostolos ; *musitatores*, id est qui primo murmurabant, supra XXVII[6] « Qui egredientur impetu a Iacob, et florebit et germinabit Israel ».

Vel potest aliter exponi de prosperitate que eis promittitur destructo Sennacherib uel Nabuchodonosor : *Cermel in saltum*, id est tanta erit fertilitas terre promissionis, quod fertilitas Carmelis reputabitur sterilitas in comparatione eius ; *illusor*, Sennacherib uel Nabuchodonosor ; *filios suos*, tres pueros in camino ignis ; uel quia pueri ipsorum facient laudem nominis mei, quod ipsi in iuuentute sua non fecerunt.

133 es tu *om.* Fπ 138 Cermel] chermel π 139 interpretatur F] inter *cet.* 143 prius non *inv.* F 145 <ueni> *suppl.*] *om. codd.* 164 Tertio] propter hoc dicit *add.* F 165 cum dicit *om.* F hec dicit *om.* F 166 confundetur] -dentur Fπ 180 fecerunt F] -rint *cet.*

131 infra LV : rectius XLV[9]. 137 gens : Hugo « gentilis populus », ex Hier. (335 B ; 378). 139 interpretatur... : cf. Hier. *ibid.* 140 in sterilitatem : cf. Hugo ex Hier. *ibid.* 144 Matth. X : rectius XI[5]. 147 Ps. IX[3]. 166 Gen. XI : cf. Hugo : « Qui redemit Abraham, id est de igne Chaldaeorum eripuit. Legitur enim in Glossa quadam super Genes. 11, Chaldaeos Aram et Abraham in ignem proiecisse... ; Abraham illaesus evasit » ; de quo Haymo hic (861 D) et *Glossa marg.* super Gen. XII[1], ex Hier. *Hebr. quaest. in Genesim* (PL 23, 956 A et 957 A ; CCL 72, 15). 178 tres pueros... : ita Andreas (ms., f. 83 vb) ; cf. Dan. III[12] et sqq.

CAPITVLVM XXX

[1] Ve filii desertores, dicit Dominus, ut faceretis consilium et non ex me, et ordiremini telam et non per spiritum meum, ut adderetis peccatum super peccatum. [2] Qui ambulatis ut descendatis in Egyptum et os meum non interrogastis sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis et habentes fiduciam in umbra Egypti. [3] Et erit uobis fortitudo Pharaonis in confusionem et fiducia umbre Egypti in ignominiam. [4] Erant enim in Thanis principes tui, et nuntii tui usque ad Anes peruenerunt. [5] Omnes confusi sunt super populo qui eis prodesse non potuit; non fuerunt in auxilium et in aliquam utilitatem set in confusionem et opprobrium. [6] Onus iumentorum austri. In terra tribulationis et angustie leena et leo ex eis, uipera et regulus uolans, portantes super humeros iumentorum diuitias suas et super gibbum camelorum thesauros suos ad populum qui eis prodesse non poterit; [7] Egyptus enim frustra et uane auxiliabitur. Ideo clamaui super hoc : superbia tantum est, quiesce.

Ve filii. In parte ista comminatur propheta contra illos qui contempserunt prophetiam Ieremie, euntes in Egyptum contra eius consilium, sicut habetur Ier. XLII et XLIII. Et diuiditur in duas : in prima comminatur contra Iudeos tantum; in secunda contra Iudeos et Egyptios simul, de quibus confidebant, XXXI cap. *Ve qui descendunt.* Vel, secundum Glosam, in prima parte prohibet descensum, in secunda comminatur penam contra descendentes. Prima in duas : in prima ponit comminationem, in secunda consolationem : *Propterea expectat.* Prima in duas : in prima arguit descensum, secundo diuini precepti contemptum : *Ideo clamaui.*

Circa primum tria arguit in eis. Primo itineris dispositionem, ponens propositum : *ut faceretis consilium*; *telam*, prauam machinationem; et consequentem effectum : *ut adderetis*, II Paral. XXVIII[13] « Quare uultis adicere peccata super peccata? ».

Secundo ponit consilii executionem quantum ad uie incessum : *Qui ambulatis*, qui deformatur per contemptum diuini consilii; *os meum*, prophetam, Ier. XV[19] « Si separaueris pretiosum a uili, quasi os meum eris », quia que dixit facere noluistis; et per fiduciam humani auxilii : *habentes fiduciam*, Ier. XVII[5] « Maledictus homo qui confidit in homine, et ponit carnem brachium suum ». Et ponit effectum : *Et erit uobis*, Osee IV[7] « Gloriam eorum in ignominiam commutabo »; unde quantum ad uie terminum : *Ierant enim in Tapnis*, que est tantum in alia parte Egypti, quasi timentes in primis terminis remanere, Ier. II[18] « Quid tibi uis in uia Egypti, ut bibas aquam turbidam? ». Et ostendit spei defectum : *Omnes confusi sunt*, Ps. « Nolite confidere in principibus ».

Tertio describit rerum asportationem : *Honus iumentorum*, comminans primo destructionem Egypti. *Honus*, filiorum Iuda, *iumentorum*, propter stoliditatem, uel quia sicut iumenta res suas deferebant; *austri*, quia ad austrum fugerunt, uel quia in australi parte erat eorum habitatio. *In terra tribulationis*, in Egypto, que hebraice dicitur Meyray, quod interpretatur tribulatio uel angustia, Ier. XLII[16] « Gladius quem uos formidatis ». Secundo ponit asportantium condicionem : *leena*, propter ferocitatem, *leo*, propter audacie presumptionem, *uipera*, propter crudelitatem, *regulus uolans*, non quod habeat pennas sed quia insilit in faciem hominis, propter uelocitatem ad male faciendum, Soph. III[3] « Principes eius quasi leones ». Tertio rerum asportationem : *portantes*. Quarto laboris frustrationem : *ad populum*, Ps. « Vana salus hominis ».

Ideo clamaui. Hic arguit in eis Dei contemptum. Et primo ostendit quomodo contempserint diuinum preceptum, in secunda quomodo contempserint salubre consilium : *Quia hec dicit.* Circa primum tria ponit : primo Dei preceptum, secundo

4 XLII et *om.* F 26 homo F] *om. cet.* 30 Tapnis] capnis F caphnis π 43 Meyray] merarii F 56 contempserint] -runt Fπ

8 *Glossa marg.* super cap. XXXI[1], ex Haymone (875 B). 12 Vers. 18. 14 Vers. 7. 30 Ierant : sic legunt Andreas (f. 84 ra), Haymo (863 C), Hugo et Albertus. 35 Ps. CXLV[3]. 40 uel...habitatio : *Glossa interlin.* ex Haym. (864 A). 43 Meyray : cf. Hier. *Liber interpr. hebr. nominum* « Mesraim Aegyptus appellatur » (PL 23,781 ; CCL 72,69). interpretatur... : cf. Hugo, qui loco ' Meyray ' habet ' Moazim '. 52 Ps. LIX[12]. 57 Vers. 15.

[8] Nunc ergo ingressus scribe eis super buxum et in libro diligenter exara illud, et erit in die nouissimo in testimonium usque ad eternum. [9] Populus enim ad iracundiam prouocans est, et filii mendaces, filii nolentes audire legem Dei, [10] qui dicunt uidentibus : nolite uidere, et aspicientibus : nolite aspicere nobis ea que recta sunt ; loquimini nobis placentia, uidete nobis errores ; [11] auferte a me uiam, declinate a me semitam ; cesset a facie nostra Sanctus Israel. [12] Propterea hec dicit Dominus Sanctus Israel : Pro eo quod reprobastis uerbum hoc et sperastis in calumpniam et in tumultum et innixi estis super eo, [13] propterea erit uobis iniquitas hec sicut interruptio cadens et requisita in muro excelso, quoniam subito dum non speratur ueniet contritio eus. [14] Et comminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione perualida, et non inuenietur de fragmentis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio aut hauriatur parum aque de fouea. [15] Quia hec dicit Dominus Deus Sanctus Israel : Si reuertamini et quiescatis, salui eritis ; in silentio et in spe erit fortitudo uestra. Et noluistis [16] et dixistis : Nequaquam, set ad equos fugiemus ; ideo fugietis. Et super ueloces ascendemus ;

populi contemptum : *Populus enim*, tertio comminatur contempnentibus mortem uel mortis interitum : *Propterea hec dicit.*

Circa primum tria ponit. Primo preceptum : *Ideo*, quia scilicet inutile est, *quiesce* in terra tua, Ier. XIV[10] « Hec dicit Dominus populo huic, qui dilexit mouere pedem suum et non quieuit, et Domino non placuit » ; secundo ponit precepti confirmamentum : *Nunc ergo*, tu Ysaias, *ingressus* in propheticam uisionem, uel tu Ieremias, *ingressus* in Egyptum cum populo, sicut legitur Ier. XLIII ; tertio assignat confirmationis fructum : *et erit in die* illa, Exo. XVII[14] « Scribe hoc ob monumentum ».

Populus. Hic ponit populi contemptum, et primo secundum quod contempnebant Deum : *ad iracundiam*, quantum ad peccatum transgressionis, Ez. II[8] « Noli esse exasperans sicut domus Israel exasperatrix est » ; *mendaces*, quantum ad peccatum locutionis, quia promiserunt Ieremie obedientiam quam seruare noluerunt, ut habetur Ier. XLII, Ps. « Filii alieni mentiti sunt michi » ; *nolentes*, quantum ad peccatum omissionis, Prou. XXVIII[9] « Qui obturat aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis ». Secundo ponit contemptum prophetarum : *Qui dicunt uidentibus*, secundum quod interdicebant eis proprium officium, Amos VII[12] « Qui uides, gradere, fuge » ; inquantum inducebant eos ad mendacium : *loquimini*, III Reg. ult. « Ecce sermones prophetarum omnes bona regi annuntiant » ; *declinate*, inquantum prohibebant diuine cognitionis uerbum, Iob XXI[14] « Qui dixerunt Deo : scientiam uiarum tuarum nolumus ».

Propterea hec dicit. Hic comminatur eis interitum, resumens culpam ut iustior appareat pena : *Pro eo quod reprobastis.* Penam autem adiungit ibi *Propterea erit uobis*, significans penam subitaneam per similitudinem ruine, que diu latet in pariete qui tandem subito cadit : *quoniam subito*, I Tess. V[3] « Cum enim dixerint : Pax et securitas, tunc superueniet eis repentinus interitus ». Et ostendit etiam penam ualidam : *Et comminuetur*, sub similitudine confractionis lagene, cuius nulla testa remanet integra ad aliquid ualens, scilicet ad ignem portandum et ad aquam hauriendam, supra XXIV[19] « Confractione confringetur terra ».

Nota super illo uerbo *quiesce*, quod quiescere debet homo primo a peccati actu, supra I[16] « Quiescite agere peruerse, discite bene facere » ; secundo a uagandi cursu, Ier. XIV[10] « Hec dices populo huic, qui dilexit mouere pedes suos et non quieuit » ; tertio ab immoderato appetitu, infra XLVII « Cor impii quasi mare feruens quod quiescere non potest » ; quarto a presumptuoso intellectu, Eccli. VIII « Cum consummauerit homo tunc incipiet ».

Quia hec dicit Dominus. Hic arguit in eis diuini consilii contemptum, et circa hoc tria ponit. Primo consilium : *Si reuertamini*, infra XLV[22] « Conuertimini ad me et salui eritis ». Secundo contemptum : *Et dixistis. Ideo fugietis* : hoc est uerbum Domini, Deut. XXVIII[25] « Per unam uiam gradiemur » ; *Et super ueloces ascendemus* : uox

61 Propterea hec] propter hoc F 62 Circa...ponit F] *om. cet.* 93 Propterea hec] propter hoc F 94 resumens F] respectu *praem. cet.* 95 reprobastis *coni.*] probra. *codd.* 96 uobis] nobis Fπ(-V) 121 XXVIII] 38 sBo π

59 Vers. 9. 61 Vers. 12. 69 Ier. XLIII[5-7]. 80 Ps. XVII[45]. 88 III Reg. XXII[13]. 106 Cf. vers. 7. 112 XLVII : rectius LVII[20] « Impii autem... » ; ' Cor impii ' habet Thomas *In Matth.* IV[18], *In Hebr.* XI[12] et alibi. 114 VIII : rectius XVIII[6].

ideo uelociores erunt qui persequentur uos. [17] Mille homines a facie terroris unius et a facie terroris quinque fugietis, donec relinquamini quasi malus nauis in uertice montis et quasi signum super collem. [18] Propterea expectat Dominus ut misereatur uestri, et ideo exaltabitur parcens uobis, quia Deus iudicii Dominus : beati omnes qui expectant eum. [19] Populus enim Syon habitabit in Ierusalem ; plorans nequaquam plorabis ; miserans miserebitur tui, ad uocem clamoris tui statim ut audierit respondebit tibi. [20] Et dabit Dominus uobis panem artum et aquam breuem et non faciet auolare a te ultra doctorem tuum ; et erunt oculi tui uidentes preceptorem tuum, [21] et aures tue audient uerbum post tergum monentis ; hec uia ambulate in ea, neque ad dexteram neque ad sinistram. [22] Et contaminabis laminas sculptilium argenti tui et uestimentum conflatilis auri tui et disperges ea sicut immunditiam menstruate. Egredere dices ei. [23] Et dabitur pluuia semini tuo ubicumque seminaueris in terra, et panis frugum terre erit uberrimus et pinguis ; pascetur in possessione tua in die illo agnus spatiose ; [24] et tauri tui et pulli asinorum qui operantur terram commixtum migma comedent sicut in area uentilatum est.

populi rebellis ; *ideo uelociores* : uox Domini, Tren. IV[19] « Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis celi ». Tertio comminatur interitum : *Mille*, Egyptii ; *unius*, Caldei ; *fugietis*, omnes uos Iudei, *quinque*, Caldeorum, Deut. XXXII[30] « Quomodo persequebatur unus mille, et duo fugarent decem millia? » ; *quasi malus*, in signum euitandi naufragii, supra VI[13] « Erit in ostensione sicut terebintus et sicut quercus que expandit ramos suos ».

Propterea expectat. Hic ponit consolationem, et circa hoc duo facit : primo ponit miserendi propositum, secundo exequitur misericordie beneficium : *Populus enim*. Circa primum tria. Primo miserendi propositum in Deo : *Propterea expectat*, non ex toto destruens uos, Osee III[3] « Dies multos expectabis me » ; secundo ingratorum iudicium : *et ideo exaltabitur*, id est altus in iustitia apparebit, puniens uos ingratos suis beneficiis, supra V[16] « Exaltabitur Dominus exercituum in iudicio » ; tertio bonorum premium : *beati omnes*, Luce XII[36] « Vos similes hominibus expectantibus dominum suum ».

Populus enim. Hic exequitur misericordie beneficium, et primo in eorum exaltatione, secundo in hostium oppressione : *Ecce nomen*. Circa primum duo. Primo sublationem malorum contra exilii captiuitatem : *Populus enim*, tempore Zorobabel ; uel potius mistice totum, Ps. « Non commouebitur in eternum qui habitat in Ierusalem » ; contra tristitie anxietatem : *plorans* ante, *nequaquam plorabis* semper, sed quando liberaberis, supra XXV[8] « Auferet lacrimam ab omni facie » ; contra Dei indignationem : *Miserans*, Ps. « Inuocabit me, et ego exaudiam eum » ; contra paupertatem : *Et dabit ei Dominus*, et est sensus : modico uictu erunt contenti, Eccli. XXIX[28] « Initium uite hominis panis et aqua » ; uel quia in reditu de Babilone penuriam passi sunt. Mistice, secundum Glosam.

Secundo ponit collationem bonorum, unde *faciet*. Et primo spiritualium, quantum ad electam doctrinam, describens doctorem : *auolare*, recedere, *doctorem*, Esdram cuius doctrina adhuc utuntur, uel Christum ; *post tergum*, sicut fugiens quando ab insequente reuocatur, Ioelis II[23] « Dedit uobis Dominus doctorem iustitie » ; et ponit doctrinam : *hec uia*, Num. XXI[22] « Via regia gradiemur ». Et etiam quantum ad debitam Dei culturam : *Et contaminabis*, id est in usus communes rediges, IV Reg. XXIII[8] « Contaminauit excelsa et demolitus est ea » ; *uestimentum*, omnem ornatum ydoli. Secundo quantum ad temporalia bona ; unde dicit *Egredere*, scilicet a spiritualibus ad temporalia.

Et primo promittit terre fertilitatem, promittens causam : *dabitur pluuia*, Osee II « Descendere faciet ad uos imbrem » ; et effectum quantum ad cibos hominum : *et panis frugum*, Gen. ult. « Asser panis pinguis », Ps. « Adipe frumenti satiat te » ; quantum ad pascua armentorum : *pascetur agnus*, quantum ad oues, *tauri*, quantum ad boues ; et in utrisque notat fecunditatem, ponens filios : *et pulli*

126 unius, Caldei *coni.*] unus caldeus *codd.* 134 ponit F] proponit *cet.* 151 totum] tantum Fπ 163 bonorum] honorum Bo 168 uobis] nobis Fπ 176 temporalia] auxilia eorum *add.* π asser(?) uel eorum *add.* Bo 177 promittit] premittit F 184 et pulli asinorum] *post* iumentorum(172) *codd.; et suo loco reponimus*

126 Mille...Caldeorum : cf. Hugo ex Haym. (866 A). 148 Vers. 27. 151 Ps. CXXIV[1-2]. 156 Ps. XC[15]. 160 uel...penuriam : cf. Hugo. 178 Osee II : rectius Ioel. II[23]. 180 Gen. XLIX[20]. 181 Ps. CXLVII[14].

25 Et erunt super omnem montem excelsum et super omnem collem eleuatum riui currentium aquarum in die interfectionis multorum, cum ceciderint turres. 26 Et erit lux lune sicut lux solis, et lux solis erit septempliciter sicut lux septem dierum in die qua alligauerit Dominus uulnus populi sui et percussuram plage eius sanauerit. 27 Ecce nomen Domini uenit de longinquo : ardens furor eius et grauis ad portandum ; labia eius repleta sunt indignatione, et lingua eius quasi ignis deuorans. 28 Spiritus eius uelut torrens inundans usque ad medium colli ad perdendas gentes in nichilum, et frenum erroris quod erat in maxillis populorum. 29 Canticum erit uobis sicut uox sanctificate sollempnitatis et letitia cordis, sicut qui pergit cum tibia ut intret in montem Domini ad fortem Israel.

asinorum ; et quantum ad annonam iumentorum : *migma*, ordeum cum palea purgatum quod prius commixtum comedebant.

Secundo promittit aquarum ubertatem : *Et erunt*. Iudei dicunt hec ad litteram complenda in fine mundi ; *multorum*, Romanorum secundum eos : quod est fabulosum. Vel potest esse metaphorica locutio, ut per aquam significetur consolatio quam post reditum de captiuitate et Babilonis destructionem habuerunt. Vel mistice de doctrina Christi, infra XLI[18] « Aperiam in supremis collibus flumina et in medio camporum fontes ».

Tertio celi claritatem : *Et erit lux solis sicut lux septem*, id est tantum in uno quantum modo in septem, quasi *septempliciter* ; uel sicut fuit in primo septenario dierum. Hec Iudei fabulose ad litteram dicunt tempore auree Ierusalem ; sed melius est quod ad futuram sanctorum gloriam referatur, post mundi innouationem ; uel metaphorice et yperbolice ad statum populi referatur, Ps. « Qui sanat contritos corde et alligat contritiones eorum ».

Nota super illo uerbo *et panis frugum*, quod uerbum Dei est panis, primo artus propter obseruandi difficultatem, Matth. VII[14] « Arta est uia que ducit ad uitam » ; secundo uberrimus propter fructus utilitatem, infra LV[10] « Quomodo descendit imber de celo et inebriat terram et germinat, et illuc ultra non reuertitur, sic erit uerbum quod egredietur de ore meo » ; tertio pinguis propter delectationis suauitatem, Gen. ult. « Asser, panis pinguis ».

Ecce nomen Domini. Hic consolatur eos ex hostium punitione, et circa hoc tria ponit : primo iudicis punientis aduentum, secundo pene modum : *Et auditam faciet*, tertio punitionis locum : *Preparata est*. Circa primum tria ponit. Primo aduentum : *uenit*, ad uniuersale iudicium, *de longinquo*, longe ante a prophetis prenuntiatum. Vel : *uenit*, ad destructionem, Sennacherib, *de longinquo*, de alto potentie sue ; uel ad destruendos Babilonios per Medos a longe uenientes, Ier. V[15] « Ecce ego adducam super uos gentem de longinquo ». *Nomen Domini*, Filius, quantum ad primam expositionem ; uel quia redundans est in gloriam ipsius, quantum ad secundam et tertiam.

Secundo ostendit uenientis zelum, ponens iram in corde per antropospatos : *ardens furor*. Furor est ira accensa ; incenditur autem uel quantum ad uehementiam desiderii uindicte, et quantum ad hoc dicit *ardens* ; uel quantum ad quantitatem pene, et quantum ad hoc dicit *grauis*, infra LXV[5] « Isti fumus erant in furore meo, ignis ardens tota die ». Ponit etiam iram in ore : *labia eius repleta sunt indignatione*, improperans peccata, *deuorans*, comminando tormenta, supra XI[4] « Spiritu labiorum suorum interficiet impium ». Ponit etiam iram in opere : *Spiritus eius*, id est indignatio, *usque ad medium colli*, id est usque ad extinctionem adducet, supra VIII[8] « Ibit per Iudam inundans » furor.

Tertio ponit indignationis effectum in malis, destructionem gentium : *ad perdendas gentes*, Ps. « Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nichilum rediges », et cessationem tyrampnorum : *et frenum erroris*, Iob XXX[11] « Pharetram suam » etc. Ponit etiam effectum in bonis, in laude oris : *Canticum erit solempnitatis*, quia in tribus solempnitatibus ibant in Ierusalem cum letitia, Leui. XXIII, infra XXXIII[20] « Ciuitatem solempnitatis nostre oculi tui uidebunt » ; et in iocunditate cordis : *in letitia cordis*, infra LI « Gau-

186 migma *om.* Fπ 201 tempore] in *praem.* π futura F 213 illuc] illic F 250 Pharetram...etc. F] frenum posuit in os *et.* (*cf. Praef.* § 40) 254 infra XXXIII *om.* F Om

186 ordeum cum palea : *Glossa interlin.* ex Haym. (869 B). 200 fabulose : Hugo « Nos pro fabula habemus hoc ». 205 Ps. CXLVI[3]. 207 Cf. vers. 23. 215 Gen. XLIX[20]. 220 Vers. 30. 221 Vers. 33. 232 per antropospatos : cf. Hugo. 233 ira accensa : cf. supra cap. 13, 79. 248 Ps. LXXII[20]. 256 infra LI : rectius XXXV[10] ; forsan inceperat Thomas ' Gaudium et letitia' (cap. LI[3]), et aliud simile inseruit Iacobinus.

[30] Et auditam faciet Dominus gloriam uocis sue et terrorem brachii sui ostendet in comminatione furoris et flamma ignis deuorantis : allidet in turbine et in lapide grandinis. [31] A uoce enim Domini pauebit Assur uirga percussus. [32] Et erit transitus uirge fundatus, quam requiescere faciet Dominus super eum in tympanis et in cytharis, et in bellis precipuis expugnabit eos. [33] Preparata est enim ab heri Tophet, a rege preparata, profunda et dilatata. Nutrimenta eius ignis et ligna multa, flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam.

dium et letitiam obtinebunt, et fugiet ab eis dolor et gemitus », Iudit ult. « Erat autem populus Domini iocundus ».

Et auditam. Hic describit pene modum ; et circa hoc tria facit. Primo describit pene modum quantum ad punientis actum : *uocis sue*, per quam apparebit gloriosus, *et terrorem brachii*, per similitudinem irati qui hiis modis comminatur, Iob XL[4] « Si habes brachium sicut Deus » ; et quantum ad instrumentum : *et flamma ignis*, quia, ad litteram, Assyrii combusti fuerunt, et forte tempestas aliqua fuit. Vel significantur diuerse pene in die iudicii, Ps. « Ignis grando, nix, glacies, spiritus procellarum ». Secundo ponit pene inflictionem, ostendens eius horrorem : *A uoce enim*, et pene durationem : *Et erit transitus fundatus*, id est firmatus. Tertio sanctorum exultationem : *in cytharis ; in bellis precipuis*, que sola diuina uirtute geruntur, Ps. « Letabitur iustus cum uiderit uindictam ».

Preparata est. Hic describit pene locum. Et primo ipsius dispositionem : *Topheth*, uallis filii Ennon, geena, quia conseruabatur ibi ignis ad sacrificia in lapidibus de Tophis ; eadem est uallis Getsemani, in qua destructus est exercitus Sennacherib. Vel significatur per ipsam infernus, unde Iudei coniciunt ibi esse infernum, quia ex duabus palmis que ibi sunt, semper emittitur fumus. *Ab heri*, id est ab initio, uel a secundo die secundum Iudeos, que habuit tantum heri et non nudius tertius. De hac ualle habetur Ier. VII et XIX. *A rege*, Deo, supra V[14] « Dilatauit infernus animam suam ». Secundo penarum diuersitatem : *Nutrimenta eius* ; *ligna*, impii, uel illi de exercitu Sennacherib, *flatus*, id est uoluntate, metaphorice, Ps. « Ignis, sulphur, spiritus procellarum » etc.

Nota super illo uerbo *Ecce nomen Domini*, quod Filius Dei est nomen Patris, primo quo manifestatur, Io. XVII[6] « Manifestaui nomen tuum hominibus » ; secundo quo honoratur, Matth. VI[9] « Pater, sanctificetur nomen tuum » ; tertio quo inuocatur, Io. XVI « Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo dabit uobis ».

Item super illo uerbo *uenit de longinquo*, quod uenit de longinquo, primo propter diuturnam expectationem, Hebr. XI[13] « Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non receptis repromissionibus, sed a longe eas aspicientes » ; secundo propter meritorum nostrorum imperfectionem, Eph. II[17] « Veniens euangelizauit uobis pacem, qui longe fuistis » ; tertio propter temporis dilationem, Num. XXIV[17] « Videbo eum, sed non modo ; intuebor illum, sed non prope » ; quarto propter maiestatis altitudinem, Ps. « A summo celo egressio eius, et occursus eius usque ad summum eius ».

Nota super illo *Preparata est*, quod infernus est latus, primo propter retinendi auiditatem, supra V[14] « Dilatauit infernus animam suam » ; secundo propter dampnatorum multitudinem, Matth. VII[14] « Arta est uia que ducit ad uitam ; lata et spatiosa que ducit ad mortem, et multi uadunt per eam » ; tertio propter penarum diuersitatem, Ps. « Ignis, grando, nix, glacies » etc., uel « Ignis, sulphur et spiritus » etc. ; quarto propter pene eternitatem, Matth. XXV[41] « Ite maledicti in ignem eternum ».

Item super illo uerbo *lingua eius quasi ignis*, quod caritas dicitur ignis : primo quia illuminat, Eccli. II[10] « Qui timetis Deum diligite eum, et illuminabuntur corda uestra » ; secundo quia exestuat, Cant. II[5] « Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo » ; tertio quia ad se omnia conuertit, Ro. VIII[28] « Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum » ; quarto quia expeditum facit, Io. XIV[23] « Si quis diligit me, sermonem meum seruabit » ; quinto quia sursum trahit, Cant. III[1] « In lectulo meo quesiui quem diligit anima mea, quesiui illum et non inueni ».

269 iudicii] ecc.30 *add.* F glacies...procellarum] pars calicis eorum (Ps. X[7]) *add.* Bo F glacies etc. F[1]L etc. Om V 271 horrorem F] honorem *cet.* 274 diuina uirtute *inv.* F 278 Topheth] thopheth Bo thophet *cet.* 281 Getsemani] -amanis Bo F -emanis π 286 et non *coni. (cf. Hugo)*] unde *codd.* 296 secundo...tuum *om.* F 300 uerbo *om.* Bo 303 repromissionibus] promissionibus Fπ 311 et...eius] etc. π 313-323 Nota...eternum *om. edd.*

258 Iudith XVI[24]. 269 Ps. CXLVIII[8]. 275 Ps. LVII[11]. 278-284 Topheth...emittitur fumus : cf. Hugo. 285-287 uel...tertius : cf. Hugo Andream (ms. f.85 ra) exscribens « ab illa die que tantum habuit heri...non nudius tertius ». 287 Ier. VII[31-32] et XIX[2-6]. 291 flatus...metaphorice : cf. *Glossa interlin.* et Hugo. 292 Ps. X[7]. 293 Cf. vers. 27. 298 Io. XVI : rectius XV[16]. 300 Cf. vers. 27. 310 Ps. XVIII[7]. 313 Cf. vers. 33. 318 lata...per eam : ex Matth. VII[13]. 320 Ps. CXLVIII[8]. 321 Ps. X[7]. 324 Cf. vers. 27.

CAPITVLVM XXXI

[1] Ve qui descendunt in Egyptum ad auxilium in equis sperantes et habentes fiduciam super quadrigis quia multe sunt et super equitibus quia preualidi nimis, et non sunt confisi super Sanctum Israel et Dominum non requisierunt. [2] Ipse autem sapiens adduxit malum, et uerba sua non abstulit, et consurget contra domum pessimorum et contra auxilium operantium iniquitatem. [3] Egyptus homo et non Deus ; et equi eorum caro et non spiritus. Et Dominus inclinabit manum suam, et corruet auxiliator, et cadet cui prestatur auxilium, simulque omnes consumentur. [4] Quia hec dicit Dominus ad me : Quomodo si rugiat leo et catulus leonis super predam suam, cum occurrerit ei multitudo pastorum a uoce eorum non formidabit et a multitudine eorum non pauebit, sic descendet Dominus exercituum ut prelietur super montem Syon et super collem eius. [5] Sicut aues uolantes sic proteget Dominus exercituum Icrusalem protegens et liberans, transiens et saluans. [6] Conuertimini sicut in profundum recesseratis, filii Israel. [7] In die enim illa abiciet uir ydola argenti sui et ydola auri sui, que fecerunt uobis manus uestre in peccatum. [8] Et cadet Assur in gladio non uiri, et gladius non hominis uorabit eum, et fugiet non a facie gladii,

Ve qui descendunt. In parte ista comminatur utrisque simul, scilicet Egyptiis et Iudeis, et circa hoc duo facit : primo ponit comminationem, secundo consolationem, ibi *Quia hec dicit Dominus.* Circa primum duo. Ponit primo culpam ex confidentia humani auxilii : *in equis sperantes*, Ps. « Fallax equs ad salutem, in habundantia uirtutis sue non saluabitur » ; et ex contemptu diuini auxilii : *et non sunt confisi*, contra in Psalmo « Hii in curribus et hii in equis, nos autem in nomine Dei nostri speraumus ».

Secundo comminatur penam : *Ipse autem.* Et primo contra contemptum diuini auxilii ponit Dei sapientiam, et sententie firmitatem : *et uerba non abstulit*, id est non irrita fecit que per prophetas comminatus est, Num. XXIII[19] « Non est Deus ut homo ut mentiatur, nec ut filius hominis ut mutetur » ; et subiungit penam : *et consurget.* <Secundo> contra fiduciam humani auxilii ponit eorum debilitatem : *Egyptus homo*, Ez. XXVIII[9] « Cum sis homo et non Deus, in manu odientium te » ; et subiungit penam : *et corruet auxiliator*, Iob IV[19] « Qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum ».

Quia hec dicit Dominus. Hic ponit consolationem, promittens per Deum liberationem ab hostibus a quibus per Egyptios liberari non potuerunt. Et circa hoc tria facit. Primo ponit Iudeorum defensionem sub similitudine leonis defendentis, dicens : Vos et Egyptii peribitis in quibus confidebatis me contempto : *Quia hec dicit Dominus* qui solus saluat ; *ut prelietur*, tamquam defensor contra illos qui impediebant edificationem templi post reditum de captiuitate ; uel contra Assyrios, Osee XIII[7] « Ego ero eis quasi leena, sicut pardus in uia Assyriorum ». Et sub similitudine auis protegentis : *sicut aues*, Matth. III « Sicut gallina congregat pullos suos sub alis, et noluisti », Deut. XXXII[11] « Sicut aquila prouocans ad uolandum pullos suos, et super eos uolitans ».

Secundo ponit hostium destructionem, premittens consilium ad hoc merendum : *Conuertimini*, ad me, Prou. XVIII[3] « Impius cum in profundum uenerit peccatorum contempnit », Ro. VI[19] « Sicut exhibuistis membra uestra seruire iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete seruire munditie in sanctificationem ». Et ponit complementum : *In die illa*, supra II[20] « In die illa proiciet homo ydola sua ». Et ponit fructum, scilicet ipsam destructionem quantum ad occisorum necem : *in gladio*, Deut. XXXII[42] « Gladius meus deuorabit carnes » ; et quantum ad residuorum deletionem

13 ponit] secundo *praem. codd.* 18 mutetur] et subiungit...fundamentum (cf. 22-24) *add.* Bo *et delet per* va-cat 19 <Secundo> *suppl.*] *om. codd.* 22 corruet auxiliator *coni.*] contra auxilium *codd.* 31 qui] quia F 33 edificationem templi *inv.* F 41 premittens... merendum *om.* π premittens F] promittens Bo *def.* π 43 ad me F] *om. cet.*

7 Ps. XXXII[17]. 9 Ps. XIX[8]. 21 odientium : « occidentium » Ω *Clem.* 37 Matth. III : rectius XXIII[37].

et iuuenes eius uectigales erunt. [9] Et fortitudo eius a terrore transibit, et pauebunt fugientes principes eius. Dixit Dominus, cuius ignis est in Syon et caminus eius in Ierusalem.

in fuga, timorem et seruitutem, quia *uectigales* postmodum Babiloniis.

Tertio ponit utriusque confirmationem : *Dixit Dominus cuius ignis*, comburens Assyrios, supra x[17] « Erit lumen Israel in igne et Sanctus eius in flamma » ; uel *ignis*, in altari tymiamatis, *caminus*, in altari holocaustorum, Leuit. vi[12] « Ignis in altari meo semper ardebit » ; uel *ignis* caritatis in Ecclesia militante imperfecte, sed *caminus* in Ecclesia triumphante perfecte.

Nota quod caritas dicitur *ignis* : require in precedenti collatione ante principium capituli.

53 timore et seruitute F 57 igne] ignem Fπ

58 uel...holocaustorum : cf. Hugo. 60 uel... : cf. Hugo ' Mystice '. 64 Cf. cap.30, 324 sqq.

CAPITVLVM XXXII

[1] Ecce in iustitia regnabit rex, et principes in iudicio preerunt. [2] Et erit uir sicut qui absconditur a uento et celat se a tempestate, sicut riui aquarum in siti et umbra petre prominentis in terra deserta. [3] Non caligabunt oculi uidentium, et aures audientium diligenter ascultabunt, [4] et cor stultorum intelliget scientiam et lingua balborum uelociter loquetur et plane. [5] Non uocabitur ultra is qui insipiens est princeps, neque fraudulentus appellabitur maior. [6] Stultus enim fatua loquetur, et cor eius faciet iniquitatem, ut perficiat simulationem et loquatur ad Dominum fraudulenter et uacuam faciat animam esurientis et potum sitienti auferat. [7] Fraudulenti uasa pessima sunt; ipse enim cogitationes concinnabit ad perdendos mites in sermone mendacii, cum loqueretur pauper iudicium. [8] Princeps uero ea que digna sunt principe cogitabit et ipse super duces stabit. [9] Mulieres opulente, surgite et audite uocem meam; filie confidentes, auribus percipite eloquium meum.

Ecce in iustitia. Hec est tercia pars comminationis, in qua prosequitur liberationem ab hostibus qui tunc eis imminebant. Et primo predicit eam per modum prophetie, in secunda narrat per modum hystorie, XXXVI cap. *Et factum est.* Prima in duas: in prima predicit Iudeorum prosperitatem, in secunda hostium destructionem, XXXIII cap. *Ve qui predaris.*

Circa primum duo. Primo predicit liberatorum statum quantum ad regis equitatem: *regnabit rex*, scilicet Ezechias, Ier. XXIII[5] « Regnabit rex et sapiens erit »; quantum ad populi prosperitatem: *<et principes>*; quantum ad consolationem in tribulatione: *Et erit uir*, supra IV[6] « Erit tabernaculum in umbraculum diei ab estu »; quantum ad emendationem in spiritualibus: *Non caligabunt*, ut prius propter peccata regis et populi, *uidentium*, scilicet prophetarum, sed apertas a Domino uisiones accipient; *aures audientium*, scilicet subditorum, *ascultabunt*, implentes precepta Domini per prophetas; *cor stultorum*, qui prius in ydolis errabant; *balborum*, prophetarum qui prius obscure et enigmatice loquebantur, Sap. X[21] « Sapientia aperuit os mutorum, et linguas infantium facit disertas ». Et etiam quantum ad consecutam libertatem, scilicet a tyrampnis: *Non uocabitur qui insipiens*, scilicet Sennacherib, cui prius tributa soluebant, sicut patet IV Reg. XVIII[14], Ez. XXXIV « Eruam eos de manu Regis Assyriorum ».

Secundo exequitur liberationis modum: *Stultus enim.* Et primo prosequitur afflictionem, secundo liberationem: *donec effundatur.* Circa primum duo facit: primo describit hostem persequentem, secundo persecutionem: *Mulieres.* Circa primum tria. Primo ipsius regis nequitiam quantum ad blasphemiam oris: *Stultus*, scilicet Sennacherib, *fatua* uerba blasphemie, infra XXXVII, Prou. XV[2] « Os fatuorum ebullit stultitiam »; quantum ad duplicitatem cordis: *cor eius faciet*, promittens populo bonam terram, *ad Dominum fraudulenter*, dicens se illius precepto uenisse, infra XXXVI, Prou. XII[5] « Cogitationes iustorum consilia »; quantum ad crudelitatem operis: *uacuam*, spoliando eos rebus quibus debebant nutriri, contra illud Prou. XXV[21] « Si esurierit inimicus tuus, ciba illum ».

Secundo principum eius malitiam: *Fraudulenti*, scilicet Sennacherib, *uasa*, id est nuntii et principes eius, Prou. XXIX[12] « Princeps qui libenter audit uerba mendacii, omnes ministros habet impios »; et malitie executionem: *ipse enim cogitationes*, scilicet Rapsaces, de quo infra XXXVI, *concinnabit*, id est componet, — cinnus: genus potionis ex diuersis speciebus composite —; *pauper*, Iudeus, Ps. « Os tuum habundauit malitia et lingua tua concinnabat dolos ».

Tertio regnantis Ezechie prudentiam: *Princeps*, quia precepit quod non illi aliquis responderet, supra I[26] « Restituam principes tuos ut fuerunt prius ».

Mulieres. Hic describit persecutionem inflictam quantum ad tria. Primo quantum ad fructuum

13 < et principes > *suppl.*] *om. codd.* 17 propter] per Fπ 21 in F] *om. cet.* 31 primo F] *om. cet.* 57 regnantis] regentis F 58 aliquis *om.* F

1 tertia...: cf. cap. 1, 171. 28 Ez. XXXIV[37] « Eruero eos de manu imperantium sibi »; cf. Is. XXXVIII[6]. 32 Vers. 15. 34 Vers. 9. 37 Cf. XXXVII[17]. 41 Cf. XXXVI[10]. 53 genus...composite: sic Hugo. 55 Ps. XLIX[19].

10 Post dies enim et annum, et uos conturbabimini confidentes. Consummata est enim uindemia, collectio ultra non ueniet. 11 Obstupescite opulente ; conturbamini confidentes ; exuite uos et confundimini ; accingite lumbos uestros ; 12 super ubera plangite, super regione desiderabili, super uinea fertili. 13 Super humum populi mei spine et uepres ascendent, quanto magis super omnes domos gaudii ciuitatis exultantis. 14 Domus enim dimissa est, multitudo urbis relicta est ; tenebre et palpatio facte sunt super speluncas usque in eternum. Gaudium onagrorum pascua gregum, 15 donec effundatur super nos spiritus de excelso. Et erit desertum in Chermel et Chermel in saltum reputabitur. 16 Et habitabit in solitudine iudicium et iustitia in Chermel sedebit. 17 Et erit opus iustitie pax et cultus iustitie silentium et securitas usque in sempiternum. 18 Et sedebit populus meus in pulcritudine pacis et in tabernaculis fiducie et in requie opulenta. 19 Grando autem in descensione saltus, et humilitate humiliabitur ciuitas. 20 Beati qui seminatis super omnes aquas, immittentes pedem bouis et asini.

amissionem, excitans attentionem : *Mulieres*, que facile potestis plorare, *opulente*, que plorandi materiam habetis ex bonorum perditione ; uel *Mulieres*, id est uos Iudei imbecilles, Ps. « Qui confidunt in uirtute sua, et in multitudine diuitiarum suarum gloriantur ». Et ponit temporis determinationem : *Post dies* aliquot, et unum *annum*, Ps. « Quoniam tribulatio proxima est, et non est qui adiuuet ». Et ponit fructuum amissionem : *consummata*, destructa, *collectio* frugum *non ueniet* in domos uestras ab agris, Ier. XLVIII[33] « Ablata est letitia » uindemie.

Secundo quantum ad camporum uastationem, indicens planctum : *Obstupescite*, Baruc IV[20] « Exui me stola pacis », supra XXII[12] « Et uocauit Dominus in die illa ad fletum ». Et predicit dampnum : *Super humum*, supra V[6] « Ascendent super eam uepres et spine ».

1 Hic ponit... : cf. cap. 38, 8. 7 Ps. LXXI[15]. 10 Iob XXXI[15]. 13 dicuntur... : cf. Hugo. uel...reges : cf. *Glossa interlin.* et Haymo (906 D). 14 uel... : cf. Hugo. 19 usurpata : cf. Hugo. Eccli. XI[21]. 23 Prov. XX[5]. 26 Ier. XXVII[21]. 28 dicunt : Hebraei ut refert *Glossa marg.* ex Hier. (399 B ; 453). 29 non quia... : *Glossa marg.* et Hugo ; cf. Haymo (907 C). 30 Deut. XXVIII[28]. 32 iustum...religionis : cf. *Glossa interlin.* et Hugo. 33 Is. XXVI[12].

CAPITVLVM XL

[1] Consolamini, consolamini populo meus, dicit Deus uester. [2] Loquimini ad cor Ierusalem et aduocate eam ; quoniam completa est malitia eius dimissa est iniquitas illius ; suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis. [3] Vox clamantis in deserto : Parate uiam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri. [4] Omnis uallis exaltabitur, et omnis mons et collis humiliabitur ; et erunt praua in directa, et aspera in uias planas. [5] Et reuelabitur gloria Domini, et uidebit omnis caro pariter quod os Domini locutum est.

§ *Consolamini, consolamini* etc. Hec est secunda pars principalis istius libri, in qua principaliter consolationem populi intendit per multa beneficia repromissa. Diuiditur autem in duas partes : in prima inducit eos ad promissorum expectationem, in secunda exequitur diuinorum beneficiorum promissionem, infra xlv : *Hec dicit Dominus Christo meo* etc. Prima diuiditur in tres : in prima confortat eos per promittentis potestatem, in secunda per ipsius dilectionem, xlprimo : *Taceant ad me* etc., in tertia per ydolorum que resistere credi possent debilitatem, xliiij cap. : *Et nunc audi Iacob* etc. Circa primum tria facit : primo inducit ad consolationem, secundo promittit consolatorem : *Vox clamantis* etc., in tertia ostendit Dei consolantis potestatem : *Quis mensus est pugillo* etc.

Circa primum tria. Primo inducit populum in consolationem : *Consolamini* in spiritualibus, *consolamini* in bonis temporalibus concessis, Eccli. xlviij « Consolatus est » etc., Zach. primo « Respondit Dominus angelo » etc. Secundo indicit prophetis et sacerdotibus consolationis annuntiationem : *Loquimini ad cor*, scilicet consolando, *aduocate* a tristitia, ab ydolatria, Osee ij « Ducam eam in solitudinem ». Tertio assignat rationem quantum ad culpe dimissionem : *quoniam completa est* etc., supra xxvij « Et hic omnis fructus » etc. ; quantum ad penarum finitionem : *suscepit* etc., loquitur secundum tempus post captiuitatem, Ier. xvij « Duplici contritione » etc. Sed contra, Naum primo « Non consurget duplex tribulatio » ; et dicendum quod duplicia dicuntur quantum ad penam corporis et anime, sicut et culpa in utroque est.

§ *Vox clamantis* etc. Hic promittit consolatorem. Et circa hoc tria facit : primo premittit preparationem, secundo ostendit prophetie firmitatem : *Vox dicentis* etc., tertio prenuntiat consolatorem uenientem : *Super montem* etc. Circa primum tria. Primo indicit preparationem : *Vox clamantis in deserto*, scilicet Iohannis Baptiste, hec erit : | *Parate*, per conuersionem a malis, *in solitudine* uitiorum, Amos iiij « Preparare in occursum Dei tui » etc. Secundo predicit expletionem : *Omnis uallis*, sequens metaphoram uie male : si est montuosa facit laborem, unde dicit *uallis exaltabitur*, ut adequetur montibus et totum fiat planum ; si est distorta facit errorem, et quantum ad hoc dicit *erunt praua* etc. ; si est lapidosa facit pedum dolorem, et quantum ad hoc : *aspera in uias ;* per quod significatur quod pusillanimitas uertetur in securitatem, superbia in humilitatem, nequitia in rectitudinem et crudelitas in mansuetudinem, Ier. xxxprimo « Dirige cor tuum in uiam » etc. Tertio ostendit preparationis utilitatem : *Et reuelabitur gloria*, id est Filius, Ier. xxxiij « Curabo eos » etc. ; *uidebit*, id est

108 ra

14 ad *sup. lin.* 29 loquitur...captiuitatem *sup. lin.* 41 Vox] uox christi(*sup. lin.*) clamantis.iohannis clamantis(?) *praem.* pA 48 adequetur] aequetur A

4 partes *om.* 8 Christo meo etc.] deus diuiditur *om.* 10 xlprimo] cap. *add.* 11 ad me etc. *om.* 17 pugillo etc. *om.* 21 etc.] lugentes in syon usque in sempiternum Zach...etc. *om.* 26 solitudinem] et loquar ad cor eius *add.* 28 supra...etc. *om.* 31 etc.] contere eos domine 32 consurget] surget 34 in utroque] in utrisque Bo utriusque F uirtus π 47 si] que si 52 hoc] dicit *add.* 56 etc.] rectam in qua ambulasti 58 etc.] et reuelabo eis(eos Pπ) deprecationem pacis

1 secunda pars... : cf. cap. 1, 164. 16 Quis... : vers. 12. 20 Eccli. XLVIII[27]. 21 Zach. I[18]. 24 consolando...ydolatria : *Glossa interlin.* 25 Os. II[14]. 28 Is. XXVII[9]. 30 Ier. XVII[18]. 31 Nah. I[9]. 39 Vox... : vers. 6. 40 Super... : vers. 9. 44 Amos IV[12]. 55 Ier. XXXI[21]. 58 Ier. XXXIII[6].

[6] Vox dicentis : Clama. Et dixi : Quid clamabo ? Omnis caro fenum, et omnis gloria eius quasi flos agri. [7] Exsiccatum est fenum et cecidit flos, quia spiritus Dei sufflauit in eo. Vere fenum est populus ; [8] exsiccatum est fenum et cecidit flos ; uerbum autem Dei nostri stabit in eternum. [9] Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Syon ; exalta in fortitudine uocem tuam qui euangelizas Ierusalem ; exalta, noli timere ; dic ciuitatibus Iude : Ecce Deus uester. [10] Ecce Dominus Deus in fortitudine ueniet, et brachium eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo et opus illius coram illo. [11] Sicut pastor gregem suum pascet,

omnibus uisibilem se prebebit, uel loquitur de die iudicii, Apoc. primo « Videbit eum omnis oculus, et qui eum » etc.

Quidam sic exponunt : *Vox*, Dei, *clamantis* hec est : *Parate in deserto*, id est in terra Iuda olim deserta, *uiam Domini*, scilicet ad eundum ad templum ; uel in deserto quod est inter Babilonem et Iudam. *Omnis uallis*, per hec ostenduntur omnia impedimenta remoueri ut libere populus reuertatur ; *gloria*, in destructione Chaldeorum per quam gloriosus apparebit.

§ *Vox dicentis*. In parte ista ostendit prophetie firmitatem per comparationem ad hominum fragilitatem. Unde Dominus primo indicit clamorem, qui significat expressam et planam annuntiationem : *Clama*, infra xlviij « Clama ne cesses » etc.; secundo indicit clamandam humanam fragilitatem, interrogante propheta : *Et dixi : Quid clamabo ?*, timens ne contra populum suum aliquid clamare precipiatur, ut supra vj, et Domino respondente : *Omnis caro* etc., Iac. primo « Exortus est enim sol » etc. ; tertio ostendit diuini uerbi firmitatem : *Vere fenum* etc., Luce xxprimo « Celum et terra » etc.

§ *Super montem excelsum* etc. Hic predicit consolatorem uenientem. Et circa hoc tria facit : primo Dominus indicit prophete annuntiationem, in secunda determinat aduentus promissionem : *Ecce Deus*, in tertia ostendit uenientis condicionem : *Ecce Dominus*. Circa primum determinat quis, cui et qualiter annuntiet. Quis, quia qui habet officium : *qui euangelizas*, Ro. x « Quomodo predicabunt nisi » etc. [1] Modum designat per tria : per loci altitudinem ut bona nuntians de longe audiatur : *Super montem* etc., mistice Christum, uel celestem conuersationem et contemplationem, supra secundo « Venite ascendamus » etc., infra xlij « De uertice montium » etc. ; per uocis clamorem : *exalta in fortitudine*, ut multi audiant, plane et constanter predicando, infra xlviij « Clama ne cesses » etc. ; per cordis securitatem : *exalta, noli* etc., Ier. primo « Ne timeas a facie » etc. Cui sit annuntiandum determinat quantum ad tria : quantum ad regni prouinciam : *dic ciuitatibus* etc., quantum ad prouincie metropolim : *qui euangelizas Ierusalem*, quantum ad ciuitatis rectores : *Syon*, ubi templum et domus regia, infra xlprimo « Primus ad Syon dicet » etc., Ac. xiij « Vobis oportebat » etc. *108 rb*

§ *Ecce*. Hic ponit aduentus Dei promissionem : *Ecce*, in promptu, *Deus uester* ueniet, supra xxxv « Deus ipse ueniet » etc.

§ *Ecce Dominus*. Hic ostendit uenientis condicionem. Et primo ostendit quod ueniet fortis ad liberandum : *in fortitudine*, *brachium*, fortitudo in die iudicii, uel in primo Christi aduentu in potestate miraculorum, uel in destructione Babilonis, « Si habes brachium sicut Deus » etc. Secundo, quod ueniet iustus ad remunerandum : *Ecce merces ; opus coram illo*, quia in facilitate uoluntatis, Sap. v « Iusti autem in perpetuum » etc. Tertio ostendit quod ueniet pius ad consolandum : *Sicut pastor*, ad pascendum esurientes : *gregem suum pascet*, Ez. xxxiiij « In pascuis uberrimis » etc.,

67 libere] *fort.* liber A 68 gloria] in uictoria *add.* pA 79 est] enim pA 82 etc] et d *add.* pA 85 prophete] aduentus *add.* pA 90 Quomodo] quo A 103 metropolim] -olis pA 108 Hic] ad *praem.* pA 113 liberandum] ecce *add.* pA 114 Christi *sup. lin.* 118 opus] pi *add.* pA

61 et...etc. *om.* 63 Parate] preparate 68 reuertatur] -tetur F -teretur *cet.* 78 ut supra vj *om.* α(-F) 79 enim *om.* 80 etc.] cum ardore et arefecit fenum 81 fenum etc. *om.* 82 etc.] transibunt uerba autem mea non transibunt 83 excelsum etc. *om.* 89 qui *om.* α(-F) 91 etc.] mittantur 92 tria] primo *add.* 95 etc.] ad montem domini Bo ad montem Fπ 96 etc.] clamabunt(-bant F) 96 per] secundo *praem.* 99 per] tertio *praem.* 100 etc.[1]] timere etc.[2]] eorum quia ego tecum sum(dicit dominus *add.* π) 106 ad] ex (-F) 106 etc.] ecce adsum et ierusalem euangelistam dabo 107 etc.] predicari uerbum dei sed quia repellitis illud ecce conuertimur ad gentes 109 uester] noster 110 Deus] noster *add.* etc.] et saluabit nos 113 liberandum] bellandum 114 Christi *om.* 116 Si] iob *praem.* 119 etc.] uiuent et apud dominum est merces eorum 122 etc.] pascam eas

59 de die iudicii : cf. *Glossa interlin.* et Haymo (909 B). 60 Apoc. 1[7]. 62 Quidam : Iudaei ut refert Hugo. 74 Rectius Is. LVIII[1]. 78 Is. VI[9-13]. 79 Iac. I[11]. 81 Luc. XXI[33]. 90 Rom. X[15]. 95 Is. II[3]. 96 Is. XLII[11]. 98 Rectius Is. LVIII[1]. 100 Ier. I[8]. 105 Is. XLI[27]. 106 Act. XIII[46]. 109 Is. XXXV[4]. 116 Si...Deus : Iob XL[4]. 119 Sap. V[16]. 122 Ez. XXXIV[14].

in brachio suo congregabit agnos et in sinu suo leuabit, fetas ipse portabit. 12 Quis mensus est pugillo aquas et celos palmo ponderauit? Quis appendit tribus digitis molem terre et librauit in pondere montes et colles in statera? 13 Quis adiuuit spiritum Domini, aut quis consiliarius eius fuit et ostendit illi? 14 Cum quo iniit consilium, et instruxit eum et docuit eum semitam iustitie et eruditiuit eum scientia et uiam prudentie ostendit illi? 15 Ecce gentes quasi stilla situle et quasi momentum statere reputate sunt; ecce insule quasi puluis exiguus. 16 Et Libanus non sufficiet ad succendendum, et animalia eius non sufficient ad holocaustum. 17 Omnes gentes quasi non sint sic sunt coram eo,

Ier. iij « Dabo uobis pastores » etc.; ad congregandum dissentientes : *in brachio* etc., Io. x « Alias oues habeo » etc.; ad portandum deficientes : *in sinu suo* etc., Luce xv « Cum inuenerit eam » etc.

§ *Quis mensus est* etc. Hic ostendit diuinam potestatem. Et primo astruit eam contra ydolatrarum errores qui diuine potentie derogabant, creaturam Creatori equando, Ro. primo « Seruierunt creature » etc.; secundo, contra desperationem Iudeorum qui diuine potentie derogabant diffidendo : *Leuate in excelsum* etc. Circa primum duo : primo ostendit Dei potestatem, secundo excludit errorem : *Cui ergo similem* etc. Circa primum tria. Primo ostendit diuinam potentiam simul et sapientiam in commensuratione facili et creatione omnium rerum : fecit enim omnia in numero quantum ad multitudinem principiorum, in mensura quantum ad determinationem sub proprio esse, in pondere quantum ad inclinationem | ad finem, Sap. xj. *Pugillo*, id est faciliter sicut que pugillo mensurantur, qui manus clausa; *palmo*, id est faciliter, qui manus extensa; *appendit* « super nichil », Iob xxv, quia nullo exteriori fulcitur, alias esset quies terre uiolenta, « super aquas », in Ps., quantum ad situm quia aquis circumdatur, « super stabilitatem suam », in Ps., quantum ad propriam causam quietis que est natura propria; *tribus digitis*, faciliter, uel tribus proprietatibus : grauitate, siccitate et immobilitate; *librauit*, libratos fecit proprio pondere.

108 va

Secundo ostendit sufficientiam potentie, quia non indiget adiuuante : *Quis adiuuit*, contra philosophos ponentes mediantibus primis causatis ultima creata esse; sapientie, quia non indiget consilio : *aut quis*, ut sibi daret consilium, *cum quo*, ut ab ipso peteret, *instruxit eum* formam operis, *semitam iustitie* naturalis quam omnibus rebus prefixit, ut nulla res sue nature metas excederet; *scientiam*, de cognitione rerum creatarum, et uniuersalium et particularium, contra philosophos; *uiam prudentie*, quantum ad mundi gubernationem, Iob xxvj « Cuius adiutor es, numquid » etc.

Tertio ostendit ipsius excellentiam quia excedit omnem gentium multitudinem : *Ecce gentes quasi stilla*, parua gutta, *situle*, cadens de situla, que uas aquaticum sitientibus aptum, que pro nichilo reputatur; *momentum*, quod inter brachia statere est, quod de facili in utrumque inclinatur, Iob xxvj « Cum uix paruam stillam » etc. Ostendit etiam quod excedit omnem condignum honorem, et precipue quantum ad oblationem : *Et Libanus*, id est ligna Libani, quibus habundat quia nemorosus, *et animalia*, quibus habundat quia pascuosus, Mich. vj « Quid dignum offeram Domino » etc. Ostendit etiam quod excedit omnem creature perfectionem : et naturalem, quia esse ipsarum respectu Dei est non esse; dicit enim Dionysius in libro De diuinis nominibus, cap. xij, quod quantum participantia excedunt non participantia et quantum participationes participantia, tantum qui est principium participationum excedit et participationes et participantia : *Omnes gentes quasi non sint* etc.; et quantum ad perfectiones

134 Dei *sup. lin.* 154 Quis] quid pA 160 res] extra *add.* pA 182 quantum] entia excedunt non entia et quantum *add.* pA 182 non *sup. lin.* 185 participantia] et quantum ad perfectiones superadditas *add.* pA

123 etc.] qui pascent uos 125 etc.] que non sunt ex hoc ouile.et illas oportet me adducere et fiet unum ouile et unus pastor 126 suo etc. *om.* 126 etc.²] alleuat super humeros suos gaudens 131 etc.] potius quam creatori 133 etc.] oculos 134 duo] facit *add.* 139 principiorum] productorum 148 in Ps. *om.* α(-F) 151 grauitate...immobilitate] grauitatis siccitatis et immobilitatis 157 quis] consiliarius *add.* 165 etc.] imbecillis et sustentas brachium eius 169 que] secundum uos 171 in] inter 172 stillam etc.] sintillam sermonis eius audiuerimus quis poterit tonitruum magnitudinis illius sustinere 175 nemorosus] est *add.* 179 naturalem] materialem 179 ipsarum] -orum 184 participationum] -ipantium 186 quasi...etc. *om.*

123 Ier. III[15]. 124 Ioh. x[14]. 126 Luc. xv[5]. 130 Rom. I[25]. 135 Vers. 26. 135 Vers. 18. 142 Sap. XI[21]. 145 Rectius Iob XXVI[7]. 147 Ps. CXXXV[6]. 148 Ps. CIII[2]. 154 philosophos : velut Avicenna ut refert Thomas *De verit.* q.5 a.9. 162 philosophos : « ut Avicenna et sequaces eius » sec. Thomam *De verit.* q.2 a.5. 164 Iob XXVI[6]. 171 Iob XXVI[14]. 177 Mich. VI[6]. 181 § 4 (PG 3, 972 B; Dion. 534).

et quasi nichilum et inane reputate sunt ei. [18] Cui ergo similem fecistis Deum, aut quam ymaginem ponetis ei? [19] Nunquid sculptile conflabit faber, aut aurifex auro figurabit illud, et laminis argenteis argentarius? [20] Forte lignum et imputribile elegit artifex sapiens, querit quomodo statuat simulacrum quod non moueatur. [21] Nunquid non scietis? Nunquid non audistis? Nunquid non annuntiatum est uobis ab initio? Nunquid non intellexistis fundamenta terre? [22] Qui sedet super girum terre, et habitatores eius sunt quasi locuste; qui extendit uelut nichilum celos et expandit eos quasi tabernaculum ad inhabitandum; [23] qui dat secretorum scrutatores quasi non sint, iudices terre uelut inane fecit. [24] Et quidem neque plantatos neque satos neque radicatos in terra truncos eorum; repente flauit in eos, et aruerunt, et turbo quasi stipulam auferet eos. [25] Et cui assimilastis me et adequastis me? dicit Sanctus. [26] Leuate in excelsum oculos uestros et uidete quis creauit hec, qui educit in numero militiam eorum et omnes ex nomine uocat;

superadditas, que quodam modo sunt implentes : *et quasi nichilum* etc., Ier. iiij « Aspexi terram » etc.

§ *Cui ergo* etc. Hic excludit errorem. Et primo irridet errorem quantum ad operantis intentionem, quia uolebant deum facere : *ergo*, ex quo tam potens est, *cui similem*, loquitur secundum errorem illorum qui ipsas similitudines deos putabant, *aut quam ymaginem*, quantum ad illos qui putabant ea quorum sunt similitudines, ut solem uel lunam etc., Exo. xv « Quis similis tui in fortibus » etc.; et quantum ad stultam operationem, quia in uili materia nobilissimam formam inducere uolebant : *Numquid scultile* etc., Sap. iiij « Incommunicabile nomen » etc.

Secundo conuincit errantem. Et primo ex lege naturali dictante : *Numquid non scietis*, naturali ratione, ydola non esse deos; et lege scripta | prohibente : *Numquid non annuntiatum*, Ro. x « Numquid non audierunt » etc. Conuincit etiam ex creaturarum consideratione terrestrium quantum ad creationem : *Numquid non intellexistis fundamenta terre* ab ipso esse fundata? id est illud terre quod est iuxta centrum, Prou. viij « Quando appendebat fundamenta » etc.; et quantum ad Creatorem : *Qui sedet super girum*, quia sperica, sicut gubernans, *et habitatores quasi locuste* respectu magnitudinis terre, uel ipsius Dei; ex creatione etiam creaturarum celestium : *qui extendit*, quantum ad celi magnitudinem, *uelud nichilum*, quantum ad substantie subtilitatem, *quasi tabernaculum* sibi, ut in quo primo uirtus eius relucet inter corporalia quantum ad uirtutem, uel quasi in habitationem angelorum et sanctorum quantum ad dignitatem; uel etiam totius creature inferioris quantum ad ipsarum claritatem, Ier. x « Preparat orbem in sapientia » etc. Conuincit tertio eos quantum ad magnorum subiugationem, ponens illorum destructionem qui sunt magni, uel secundum scientiam : *qui dat secretorum*, scilicet philosophos, uel secundum potentiam : *iudices*, id est principes, Ps. « Defecerunt scrutantes » etc.; et ostendit destructionis facilitatem per similitudinem herbe uel arboris que <non> habet radices firmas in terra : *Et quidem neque* etc., Iob xiij « Contra folium quod uento rapitur » etc.

108 vb

Tertio ponit conclusionem : *Et cui assimilastis* etc., Ps. « Quis in nubibus equabitur » etc.

§ *Leuate* etc. Hic astruit idem contra desperantes. Et primo astruit diuinam maiestatem ex rerum creatione : *quis creauit hec*, scilicet celestia, Ps. « Ipse dixit et facta sunt » etc.; ex scientie perfectione : *qui educit*, ad implendam suam uoluntatem, *in numero*, determinato in sua scientia, *militiam eorum*, scilicet celorum stellas uel angelos, *ex nomine*, unicuique propriam naturam unde nominari possit determinans, Ps. « Qui numerat

187 que] *fort.* quasi A 189 ergo] ex *add.* pA 201 lege] dict *add.* pA 206 creaturarum] creatio<n>e pA 211 Creatorem] dispositionem pA *fort.* creationem sA 213 ex] quantum *praem.* pA 215 nichilum] nichilu A 229 < non > *suppl.* in] et A 236 creauit] creat pA 240 stellas] stelle pA

188 etc.] et ecce uacua erat et nichil(-ilum Bo) 192 tam] deus 197 etc.] domine magnificus in sanctitate. terribilis atque laudabilis et faciens mirabilia 200 Incommunicabile] incommutabile etc.] dei lignis et lapidibus 201 errantem] errorem 205 etc.] et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum 210 etc.] terre 211 girum] terre *add.* 215 nichilum] nichili 216 quasi] sicut sibi ut] sibimet 218 habitationem] -ne 221 ipsarum claritatem] ipsorum causalitatem x] 4 in *om.* 223 illorum] ipsorum 227 etc.] scrutinio 229 in terra *om.* 230 neque etc. *om.* 231 etc.] ostendis potentiam tuam 233 etc.] domino 234 etc.] in excelsum 236 hec *om.* 239 in *om.* 241 nomine] id est *add.*

188 Ier. IV[22]. 196 Exod. XV[11]. 199 Rectius Sap. XIV[21]. 202 naturali...lege scripta... : cf. *Glossa interlin.* et Hugo. 204 Rom. X[18]. 209 Prov. VIII[28]. 221 Ier. X[12]. 226 Ps. LXIII[7]. 230 Iob XIII[25]. 233 Ps. LXXXVIII[7]. 237 Ps. XXXII[9]. 242 Ps. CXLVI[4].

pre multitudine fortitudinis et roboris uirtutis eius neque unum reliquum fuit. [27] Quare dicis Iacob, et loqueris Israel : Abscondita est uia mea a Domino, et a Deo meo iudicium meum transibit? [28] Nunquid nescis, aut non audisti? Deus sempiternus Dominus qui creauit terminos terre non deficiet neque laborabit neque est inuestigatio sapientie eus. [29] Qui dat lasso uirtutem et hiis qui non sunt fortitudinem et robur multiplicat. [30] Et deficient pueri et laborabunt, et iuuenes in infirmitate cadent. [31] Qui autem sperant in Domino mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquile, current et non laborabunt, ambulabunt et non deficient.

multitudinem » etc.; ex dominii plenitudine : *pre multitudine fortitudinis*, ad impugnandum, *roboris*, ad resistendum, *uirtutis*, ad operandum; *fuit*, ab eius dominio, Iob xxv « Numquid est numerus » etc.

Secundo excludit errorem. Et primo ponit errorem : *Quare dicis: Abscondita*, non uidet que mala patior, alias defenderet me; *iudicium*, id est potestas iudicandi quam olim habuit, Eccli. xvj « Ne dicas : A Deo abscondar » etc., Ez. ix « Dixerunt dereliquit » etc. Secundo ponit erroris reprobationem; et primo probationis confirmationem ex lege : *Numquid nescis*, lege naturali, *aut non audisti*, lege scripta, hec que sequntur? secundo ponit reprobationem, et primo ostendens Dei magnitudinem ex his que in se habet, scilicet dominii eternitatem : *Deus sempiternus* etc., Exo. xv « Dominus regnauit in eternum » etc.; potentiam indeficientem : *non deficiet* ut omnia non possit, *neque laborabit* ut difficulter possit, Dan. vij « Potestas eius » etc.; scientie incompreensibilitatem : | *neque est inuestigatio*, Ro. xj « Quam incompreensibilia sunt » etc. *109 ra*

Secundo per magna que in aliis facit. Et primo, in his quos confortat, pristinam debilitatem : *Qui dat lasso*, quantum ad illum qui prius fortis fuerat et defecit, *et his qui non sunt*, quantum ad eos qui non fuerunt fortes, supra xxv « Factus fortitudo pauperi » etc., Ro. iiij « Vocat ea que non sunt », prima Cor. primo « Que infirma sunt elegit ». Secundo ostendit fortitudinis magnitudinem per comparationem ad fortitudinem naturalem, quam ostendit prius deficientem : *deficient pueri*, qui sunt in statu proficiendi, *iuuenes*, qui uidentur robusti, primo Reg. ij « Non in fortitudine sua » etc.; secundo, roboris a Deo dati magnitudinem : *Qui autem sperant, mutabunt* <*fortitudinem*>, scilicet naturalem in diuinam, ut non fatigentur ascensu : *assument pennas*, Prou. xxiij « Facient sibi pennas » etc., nec etiam ueloci cursu : *current*, nec etiam continuo incessu : *ambulabunt* etc., supra v « Non est deficiens neque laborans » etc.

108 v marg. inf. Adiuuatur Spiritus Domini per predicationem, prima Cor. iij « Dei adiutores » etc.;
non in creatione sed in iustificatione, Aug. 'Qui creauit te sine te' etc.
per preparationem, Iac. iiij « Appropinquate Domino » etc.;
per cooperationem, Hebr. xij « Contemplantes, ne quis desit » etc.

245 fuit] de *praem.* pA 246 Iob] io. A 250 mala] circa *praem.* pA 251 Eccli.] ne d *add.* pA 254 probationis confirmationem *sup. lin.* 256 hec] deum omnia scire et omnia posse *praem.* pA 257 ostendens] magna que deus *add.* pA 278 dati] fort *add.* pA 279 < fortitudinem > *suppl.* 282 current] uolabunt *praem.* pA 286 iustificatione] recreatione(?) pA 287 xij] xiij pA

243 etc.] stellarum et omnibus cis nomina uocat 245 fuit] defuit (*cf.* A) 252 etc.Ez...etc. *om.* 256 lege] ex lege 257 et *om.* 260 regnauit] -abit etc.] et ultra 263 etc.] potestas eterna que non auferetur et regnum eius quod non corrumpetur 264 Rom. xj] o altitudo diuitiarum sapientie et scientie dei *add.* 264 Quam...etc. *om.* π 265 etc.] iudicia eius et incomprehensibiles uie eius (-π) 267 his] illis 268 lasso] lapso 270 supra...etc. *om.* α(-F) 271 iiij] 3 sunt] tamquam ea que sunt *add.* α(-π) 272 infirma] mundi *add.* 272 elegit] deus ut confundat fortia *add.* 275 prius] in aliis 277 etc.] roborabitur uir 279 sperant] in domino *add.* 281 Prou....etc. *post* cursu 282 etc.] sicut aquile nec...nec] ut...ut 285-288 *Collationem* Adiuuatur *om.*

246 Iob xxv[8]. 251 Eccli. xvi[16]. 252 Ez. ix[8]. 259 Exod. xv[16]. 262 Dan. vii[14]. 264 Rom. xi[29]. 270 Is. xxv[4]. 271 Rom. iv[17]. 272 Cf. I Cor. i[27]. 277 I Reg. ii[9]. 281 Prov. xxiii[5]. 284 Is. v[27]. 285 Adiuuatur... : cf. vers. 13 et lin. 154. 285 I Cor. iii[9]. 286 Iac. iv[8]. 287 Qui creauit... : ita Thomas *Super Sent. IV* d.17 q.1 a.2 qc.2 sed c.2 cum aliis; « Qui fecit te sine te... » August. *Sermo 169* c.11 (PL 38, 923). Hebr. xii[15].

109 r
Sancti comparantur aquilis
marg. inf. propter uolatus altitudinem, Iob xxxix « Numquid ad preceptum tuum » etc.,
in quo eminentia contemplationis, supra xxxiij « Regem in decore suo » etc. ;
propter odoris subtilitatem, Luce xvi « Ubicumque fuerit corpus » etc.,
in quo feruor dilectionis, Cant. primo « Trae me post te » etc. ;
propter loci sublimitatem, Prou. xxx « Tria sunt michi » etc.,
in quo studium celestis conuersationis, Phil. iij « Nostra conuersatio » etc. ;
propter motus uelocitatem, Tren. iiij « Velociores fuerunt » etc.,
in quo promptitudo bone operationis, Prou. xxij « Vidisti hominem » etc. ;
propter renouationem, Ps. « Renouabitur ut aquile » etc.,
in quo studium emendationis et profectus, II Cor. iiij « Licet is qui foris » etc. ;
propter membrorum pulcritudinem, Ez. xvij « Aquila grandis » etc.,
in quo decor uirtutum, Cant. iiij « Tota pulcra es » etc. ;
propter filiorum sollicitudinem, Deut. xxxij « Sicut aquila prouocans » etc.,
in quo sollicitudo sanctorum, secunda Cor. xj « Quis infirmatur » etc.

292 propter...subtilitatem *infra lin.*] propter prede inuentionem pA (*sup. lin. non del.:* cibi odorationem) 293 feruor] sanctorum *praem.* pA
294 Prou.] propter *praem.* pA 299 is] his pA

289-303 *Cf. Praef.* p. 64* (App. 1)

289 Sancti...aquilis : cf. vers. 31 et lin. 281. 290 Iob xxxix[27]. 291 Is. xxxiii[17]. 292 Rectius Luc. xvii[37]. 293 Cant. i[3].
294 Prov. xxx[18]. 295 Phil. iii[20]. 296 Thren. iv[18]. 297 Prov. xxii[28] *cum* Ω^{M} : « Vidisti uirum » Ω^{IS} *Vulg.* 298 Ps. ci[6].
299 II Cor. iv[16]. 300 Ez. xvii[3]. 301 Cant, iv[7]. 302 Deut. xxxii[11]. 303 II Cor. xi[29].

CAPITVLVM XLI

[1] Taceant ad me insule, et gentes fortitudinem mutent ; accedant et tunc loquantur, simul ad iudicium propinquemus. [2] Quis suscitauit ab oriente iustum, uocauit eum ut sequeretur se? Dabit in conspectu eius gentes et reges obtinebit, dabit quasi puluerem gladio eius sicut stipulam uento raptam arcui eius ; [3] persequetur eos. Transibit in pace, semita in pedibus eius non apparebit. [4] Quis hec operatus est et fecit uocans generationes ab exordio? Ego Dominus primus et nouissimus ego sum. [5] Viderunt insule et timuerunt, extrema terre obstupuerunt, appropinquauerunt et accesserunt. [6] Vnusquisque proximo suo auxiliabitur et fratri suo dicet : Confortare. [7] Confortabit faber erarius percutiens malleo eum qui cudebat tunc temporis dicens :

§ *Taceant ad me* etc. Hic incipit eos confortare ad firmam expectationem ex Dei promittentis dilectione. Et diuiditur in tres : in prima ostendit diuinam dilectionem ex beneficiis que patribus exhibuit, in secunda ex filio quem eis promisit, xlij cap. *Ecce seruus meus* etc., in tertia per consolationes quas inter diuersas angustias predicit, xlijj cap. *Et nunc hec dicit Dominus* etc. Intendit autem per beneficia prius prestita confortationem Iudeorum, et ydolorum confutationem que talia suis cultoribus non exhibuerunt ; et ideo diuiditur prima pars in duas : in prima disceptat contra ydolorum cultores, in secunda contra ipsa ydola, ibi *Prope facite* etc. Primum in duo : primo enim per beneficia Iudeis prestita conuincit aduersarios, secundo per eadem confortat Iudeos : *Et tu Israel serue meus* etc.

Circa primum tria. Primo conuocat gentes ad iudicium, prosequens iudicii ordinem, ut tacentes audiant et sic respondeant ; *mutent fortitudinem*, id est confortent se quasi renouati in fortitudine ad disceptandum mecum, Mich. vj « Audiant montes iudicium » etc. Secundo narrat exhibitum beneficium : *Quis uocauit*, ubi narrat <multitudinem> beneficiorum quantum ad diuinam electionem ; *ab oriente*, scilicet Chaldea, *iustum*, Abraam, Gen. xij, Iob xxiij « Vestigia eius sequtus est » etc., Ier. xiij « Sicut adheret lumbare » etc., Osee ix « Quasi prima poma ficulnee » etc. ; quantum ad concessam potestatem : *Dabit in conspectu*, scilicet quando liberauit Lot pugnans contra quatuor reges, Gen. xiiij, Ps. « Non sic impii, non sic » etc. ; quantum ad exequendi facilitatem : *Transibit in pace*, id est sine labore, *semita* etc., sicut qui leuiter incedit, quasi uestigium uie non derelinquit ; uel quia in pedibus labor, signum | uie, non derelictus est, supra xl « Current et non laborabunt » etc. Querit actorem : *Quis hec operatus*, et quis *uocans* eterna prescientia, infra xlix « Dominus ab utero » etc. ; et ponit responsionem : *Ego Dominus* etc., Apoc. primo « Ego sum alpha » etc. Aliter ad litteram exponitur de Ciro, mistice de Christo. Tertio ponit quasi gentilium responsum, in quo per ydola se defendere credebant ; et primo tangit eorum ad allegata uel mirabilia uisa stuporem : *Viderunt insule* etc., Ps. « Viderunt te aque Deus » etc., *accesserunt* ad resistendum ; secundo ponit mutuam confortationem : *Unusquisque* etc., Iob xl « Vna uni adherebit » etc. ; tertio ponit ydolorum fabricationem : *Confortabit, percutiens*

109 rb

2 ex] e di *praem.* pA 6 tertia] inter *add.* pA 8 Intendit] proponit autem primo benefi *praem.* pA 10 que] qui A 21 renouati *coni.*] -uanti A 24 Quis uocauit *in marg.* < multitudinem > *suppl. cum* α 30 conspectu] -ctum pA 31 Lot] liot A 36 derelictus est] dereliquit uia pA 47 etc.] secundo *add.* pA accesserunt ad resistendum *in marg.* secundo *in marg.*

1 ad me etc. *om.* 6 meus etc. *om.* per *om.* 9 prius] primo confortationem] confirmationem (-F) 14 ibi *om.* Primum in duo] prima in duas 16 secundo] in secunda 17 serue meus etc. *om.* 23 etc.] domini et fortiora fundamenta terre 27 etc.] pes meus 28 etc.] ad lumbos uiri sic aglutinaui michi domum israel Osee...etc. *om.* 30 conspectu] eius *add.* 32 etc.] sed tamquam puluis quem proicit uentus (-π) 34 id est] scilicet 35 quasi] qui *add.* uie *om.* α(-F) 36 labor] est (eius F) non] cum 37 xl] *spat. vac.* 40 etc.] uocauit me 41 etc.²] et O principium et finis 47 etc.] uiderunt te aque et timuerunt

14 Vers. 21. 16 Vers. 8. 22 Mich. VI⁸. 26-41 Abraam... : cf. Hugo « Hebraei autem et Ieron. et Andreas exponunt hoc totum de Abraham ». 27 Gen. XII¹⁻⁸. Iob XXIII²¹. 28 Ier. XIII²². Os. IX¹⁰. 32 Gen. XIV¹⁴⁻¹⁶. Ps. I⁴. 37 Is. XL²¹. 39 Is. XLIX¹. 41 Apoc. I⁸. 42 Aliter...de Ciro : cf. Hugo, *Glossa marg.* ex Hier. (413 D ; 469). de Christo : *Glossa interlin.*, Haymo (915 C-D) ; Hugo et Hieron. ibid. 46 Ps. LXXVI¹⁷. 49 Rectius Iob XLI¹⁻⁸ : ita Thomas *Super Sent. II* d.6 q.1 a.4 sed c. ; « una alteri adherebit(-bunt ΩJ) » Ω.

Glutinum bonum est ; et confortauit eum in clauis ut non moueretur. [8] Et tu Israel serue meus Iacob quem elegi, semen Abraham amici mei ; [9] in quo apprehendi te ab extremis terre et a longinquis eius uocaui te et dixi tibi : Seruus meus es tu, elegi te et non abieci te. [10] Ne timeas quia tecum sum ego ; ne declines quia ego Deus tuus confortaui te et auxiliatus sum tui, et suscepit te dextera iusti mei. [11] Ecce confundentur et erubescent omnes qui pugnant aduersum te. Erunt quasi non sint et peribunt uiri qui contradicunt tibi. [12] Queres eos et non inuenies uiros rebelles tuos ; et erunt quasi non sint et ueluti consumptio hominis bellantis aduersum te. [13] Quia ego Dominus Deus tuus apprehendens manum tuam dicensque tibi : Ne timeas quia ego adiuui te. [14] Noli timere, uermis Iacob, qui mortui estis ex Israel ; ego auxiliatus sum tui, dicit Dominus, et redemptor tuus Sanctus Israel. [15] Ego posui te quasi plaustrum triturans nouum, habens rostra serrantia ; triturabis montes et comminues et colles quasi puluerem pones ; [16] uentilabis eos, et uentus tollet, et turbo disperget eos. Et tu exultabis in Domino, et in Sancto Israel letaberis. [17] Egeni et pauperes querunt aquas et non sunt, lingua eorum siti aruit. Ego Dominus exaudiam eos, Deus Israel non derelinquam eos. [18] Aperiam in supremis collibus flumina et in medio camporum fontes.

ferrum malleo, *cudebat*, formabat figuram ydoli, *dicens* de glutino *bonum est* ad consolidandum ydolum, Sap. xiij « In pariete ponens illum » etc.

§ *Et tu Israel* etc. In parte ista confortat Iudeos ex eisdem beneficiis. Et primo ponitur preteriti beneficii repetitio in electione patrum Iacob et Abraam, quibus ab aliis uniuersaliter distincti sunt : *Iacob quem* etc., Ps. « Semen Abraam serui » etc., Ro. xj « Secundum electionem autem » etc. Secundo ponitur futurorum promissio ; et primo quantum ad immunitatem malorum, excludens timorem, tum propter Dei presentiam : *Ne timeas quia* etc., Ier. primo « Ne timeas a facie » etc., tum propter patrum iustitiam : *suscepit te*, quasi semen repromissum, *iusti mei* Abraam ; uel : *suscepit* ad defendendum, *iusti* Ciri, Ps. « In manibus portabunt » etc. ; ponens etiam hostium amotionem quantum ad eorum confusionem : *Ecce confundentur*, Ier. xvij « Confundantur qui me persequntur » etc., quantum ad destructionem : *Erunt quasi non sint*, supra xxx « Ad perdendas gentes in nichilum » etc., et reparationis impossibilitatem : *Queres eos* etc., Ps. « Vidi impium super » etc. ; ostendens etiam destructionis rationem : *Quia ego Dominus* etc., Ps. « Emitte manum tuam » etc.

Secundo quantum ad habundantiam bonorum ; et primo contra seruitutem ponens ipsum seruitutis iugum : *Noli timere uermis*, quasi qui uilis haberis et calcaris sicut uermis, et pro mortuo computaris, Ps. « Ego sum uermis » etc. ; ponens etiam diuinum auxilium, infra 1 « Ego auxiliatus » etc. ; ponens etiam exaltationis beneficium quantum ad hostium subiugationem : *Ego posui te* etc., supra xxv « Et triturabitur Moab » etc., quod forte tempore Machabeorum ; et quantum ad eorum exultationem : *Et tu exultabis* etc., Cant. primo « Letabimur et exultabimus » etc. Secundo contra paupertatem, ponens primo paupertatis incommodum : *Egeni et pauperes* etc., supra v « Nobiles eius interierunt » etc. ; secundo diuinum propositum : *Ego Dominus* etc., Ps. « Inuocabit me et ego » etc.

Tertio ponit beneficium quantum ad habundantiam aquarum in locis montuosis : *Aperiam in supremis* etc., supra xxx « Erunt super mon-

54 confortat] po<n>it *praem.* pA 60 autem] he *add.* pA 65 suscepit] *in marg. signum referens ad Coll.* ' Suscepit ' 67 ponens] ponit etiam *praem.* pA 73 Ps...etc. *in marg.*] infra l. dominus deus auxil. etc. pA 80 mortuo] nichilo *praem.* pA 83 exaltationis *sup. lin.* 88 Letabimur] -bimus pA 92 propositum] auxi<lium> *praem.* pA

51 cudebat] qui *praem.* 52 de *om.* 53 etc.] Nota super illo uerbo transibit...(*cf. infra* 159-162) 57 uniuersaliter *post* sunt 58 quem etc. *om.* 59 etc.] eius filii iacob dilecti eius 60 autem etc. *om.* 63 quia etc. *om.* 64 etc.] eorum quia ego tecum sum 65 suscepit] suscepi te 67 etc.] te ne forte offendas ad lapidem pedem tuum 70 etc.] et non confundar ego 74 super etc.] superexaltatum et infra transiui et ecce non erat 76 etc.] de alto erue me de aquis multis et de manu filiorum alienorum 79 quasi] dicat *add.* 79 uilis...et] uel...uel (-F) 81 etc.] et non homo opprobrium hominum et abiectio plebis 82 etc.] sum tui 85 etc.] sub eo sicut terentur palee in plaustro 87 exultationem] exaltationem (-F) 88 exultabimus] -bimur etc.] in te 93 etc.] exaudiam eum 96 montem etc.] montes riui fluentium aquarum

53 Sap. XIII[15] ; « illud » Ω. 58 Ps. CIV[6]. 59 Rom. XI[28]. 63 Ier. I[8]. 67 Ps. XC[12]. 69 Ier. XVII[18]. 71 Is. XXX[25]. 73 Ps. XXXVI[25]. 75 Ps. CXLIII[7]. 81 Ps. XXI[7]. 82 Rectius Is. XLI[14]. 85 Is. XXV[10]. quod...Machabeorum : cf. Hugo. 87 Cant. I[8]. 90 Is. V[13]. 92 Ps. XC[15] cum Psalt. romano, sicut supra cap. 30, 156 ; « clamauit ad me... » Ω. 96 Is. XXX[26].

Ponam desertum in stagna aquarum et terram inuiam in riuos aquarum. [19] Dabo in solitudine cedrum et spinam et mirtum et lignum oliue. Ponam in deserto abietem, ulmum et buxum simul, [20] ut uideant et sciant et recogitent et intelligant pariter quia manus Domini fecit hoc et Sanctus Israel creauit illud. [21] Prope facite iudicium uestrum, dicit Dominus ; afferte si quid forte habetis, dixit rex Iacob ; [22] accedant et nuntient nobis quecumque uentura sunt. Priora que fuerunt nuntiate, et ponemus cor nostrum et sciemus ; nouissima eorum et que uentura sunt indicate nobis. [23] Annuntiate que uentura sunt in futurum, et sciemus quia dii estis uos. Bene quoque aut male si potestis facite, et loquamur et uideamus simul. [24] Ecce uos estis ex nichilo et opus uestrum ex eo quod non est ; abhominatio est qui elegit uos. [25] Suscitaui ab aquilone, et ueniet ab ortu solis ; uocabit nomen meum, et adducet magistratus quasi lutum et uelut plastes conculcans humum. [26] Quis annuntiauit ab exordio ut sciamus, et a principio ut dicamus : Iustus es? Non est neque annuntians neque predicens neque audiens sermones uestros.

109 va tem » etc., | et in locis desertis : *Ponam desertum*, id est terram uestram prius desertam, Ps. « Posuit desertum in stagna » etc. ; et quantum ad pulcritudinem arborum : *Dabo in solitudine* etc., Ez. xxx « Multiplicata sunt arbusta » etc.

Quarto ponit beneficii fructum : *ut uideant* etc., Eccli. xxxvj « Cognoscant quoniam non est Deus » etc.

§ *Prope facite* etc. Hic ponit disputationem contra ipsa ydola ; et primo ponit disputationem, secundo sententie determinationem : *Et uidi et non erat* etc. Circa primum duo : primo disputat contra ydola rationibus uniuersalibus, secundo per rationem a quodam particulari facto sumptam : *Suscitaui* etc. Circa primum tria. Primo conuocat ad iudicium : *Prope*, id est appropinquate ad me ut simul iudicemur ; uos, ydola uel ydolatre, *afferte*, id est allegate, *si quid habetis* ut probetis uos deos, « Si habes quid loquaris » etc., Ps. « Deus stetit in sinagoga » etc. Secundo proponit argumentum duplex : unum sumptum ex diuina scientia que plene omnia nouit, preterita et futura, quam ydola non habent : *Priora que fuerunt* etc., Eccli. xxiij « Domino Deo antequam crearentur » etc. ; aliud est sumptum ex diuina potentia que potest punire et benefacere : *Bene quoque* etc., Baruc ult. « Neque si quid mali patiuntur » etc. Tertio concludit eorum defectum quantum ad causam materialem : *Ecce uos*, ydola, *ex nichilo*, ex materia creata ; quantum ad formalem : *opus*, id est artificialis forma, que figurat in uobis diuinitatem que non est ; et quantum ad efficientem : *abhominatio*, id est abhominabilis. Vel : *uos*, artifices, *opus uestrum*, scilicet ydola, *qui elegit*, cultores, prima Cor. viij « Scimus quia ydolum » etc., Ier. x « Confusus omnis artifex » etc.

§ *Suscitaui*. Hic sumit quoddam speciale factum ad arguendum contra ydola. Et primo predicit quoddam futurum : *ab aquilone*, Chaldeum, *ab oriente*, Persam, qui subiugauerunt sibi diuersas terras et principes, *plastes*, figulus, — plasma factura — ; mistice : per eum qui ab aquilone, gentilem, per eum qui ab oriente, Christum, Ps. « Vt lutum platearum » etc. Secundo ex hoc sub questione proponit argumentum, quod qui hoc potest predicere est iuste dicendus Deus, et qui non, non : *Quis annuntiauit*?, infra xlix « Congregamini et audite » etc. Tertio excludit ab ydolis diuinitatis indicium : *Non est annuntians* aliquis ex uobis diis, *neque* aliquis cultorum *audiens* etc.,

98 terram] terra A 111 conuocat ad iudicium *sup. lin.*] petit responsionem pA 115 deos] deus *praem.* pA 116 sinagoga] syn *praem.* pA 117 argumentum] suam rationem *praem.* pA 118 plene] plena pA 129 abhominatio id est *in marg.* 130 artifices *sup. lin.*] ydolatre pA 142 predicere] dicere pA 145 indicium] sig<num> *praem.* pA annuntians] etc. *add.* pA

98 prius] primo 99 etc.] aquarum 100 solitudine] -inem 101 multiplicata] multa 103 Cognoscant] ut *praem.* 104 etc.] nisi tu ut enarrent magnalia tua. Nota super illo uerbo suscepi...(*cf. infra* 167-172) 105 etc.] iudicium 107 uidi...etc.] uideamus 108 duo] facit *add.* 109 uniuersalibus] naturalibus 115 Si...etc. *om.* 116 etc.] deorsum in medio autem eos diiudicat 120 Domino] enim *add.* 121 etc.] omnia sunt agnita 123 etc.] ab aliquo neque si quid boni poterunt rettribuere 128 et *om.*(-F) 129 Vel] et 132 etc.¹] nichil est Confusus] est *add.* 134 ad...futurum *hom. om.* 136 sibi] primo 137 plasma] uel *praem.* 140 etc.] delebo eos 142 predicere] dicere (-F)

98 Ps. cvi[25]. 100 Rectius Ez. xxxi[5]. 103 Eccli. xxxvi[2,6,12]. 107 Vers. 28. 115 Iob xxxiii[22]. Ps. lxxxi[1]. 120 Eccli. xxiii[29]. 123 Bar. vi[29]. 131 I Cor. viii[4]. 132 Ier. x[14]. 137 plasma... : cf. Guillelmus Brito *Expos. vocab. Bibliae* s.v. ' plastes ' « plasma plasmatis, scilicet factura » (ms. Vat. Borgh. 349, f.65 rb). 139 Ps. xvii[42]. 143 Rectius Is. xlviii[14] ; cf. infra cap. 48, 20.

[27] Primus ad Syon dicet : Ecce assum, et Ierusalem euangelistas dabo. [28] Et uidi, et non erat ex istis quisquam qui iniret consilium et interrogatus responderet uerbum. [29] Ecce omnes iniusti, et uana opera eorum, uentus et inane simulachra eorum.

Ps. « Oculos habent et non uidebunt » etc. Quarto ostendit in uero Deo diuinitatis signum : *Primus*, id est singularis, Deus noster, *Ecce assum* in auxilium, *euangelistas*, annuntiantes futura, Dan. ij « Vere Deus uester Deus » etc. Vel : *Primus*, propheta Domini, ex persona Dei ; uel *Primus*, primogenitus Dei Filius, Eph. iiij « Et dedit quosdam quidem » etc.

Et uidi. Hic ex supra posita disputatione concludit sententie determinationem, et per se patet, Ier. x et Iprimo « Vana sunt et opus risu dignum » etc.

109 r marg. inf.
Christus transiuit in pace
carnis ad spiritum quam habuit, Iob v « Scies quod pacem habeat » etc. ;
hominis ad proximum quam docuit, infra lij « Quam pulcri super montes » etc. ;
mundi ad Deum quam fecit, Eph. ij « Fecit pacem » etc.

109 r marg. sup.
Mouet ad predicandum
instinctus fidei, Ps. « Credidi propter » etc., II Cor. iiij, Apoc. ult. ;
stimulus zeli, Ier. xx « Et factum in corde meo » etc. ;
magnitudo premii, M[t]. v « Qui fecerit et docuerit » etc.

108 v marg. inf.
Suscepit nos Christus
quasi uictor captiuum ad liberandum, Gen. ult. « Ad predam fili » etc., Ps. « Educ de custodia » ;
quasi medicus infirmum ad sanandum, Ps. « Qui propitiatur omnibus » etc. ;
quasi aduocatus reum ad excusandum, prima Io. primo « Aduocatum habemus » etc. ;
quasi fortis debilem ad defendendum, infra lxiij « Ego qui loquor iustitiam » etc., Exo. xiiij « Dominus pugnabit » etc. ;
quasi sponsus sponsam ad congaudendum, Osee ii « Sponsabo te michi » etc.

109 va marg. inf.
Aqua
effuse lacrime, Ier. ix « Quis dabit capiti meo » etc. ;
baptismalis munditie, Io. iij « Nisi quis renatus » etc. ;
spiritualis gratie, Io. vij « Qui in me credit, flumina » etc. ;
diuine sapientie, Eccli. xxiiij « Ego sapientia effudi » etc. ;
interne letitie, Prou. v « Bibe aquam » etc.

149 noster] *fort.* uester A 167 Suscepit] *fort.* suscepimus pA

151 etc.] deorum est 154 etc.] prophetas quosdam quidem apostolos alios uero euangelistas 157 Ier....etc.(*integra linea* A)] Ier. 10 et 51 uana sunt F *om. cet.* 159-178 *Cf. Praef.* p. 64* (App. 1) 159-162 *Inserta ante* Et tu Israel(*lin.* 54) 160 quam] quem (-F) 163-166 *Inserta hic in fine cap.* 164 II Cor....ult. *om.* 167-172 *Inserta ante* Prope (*lin.*105) 168 Ps....custodia *om.* 171 Exo....etc. *om.* 173-178 *Inserta infra* (cap. 42, 147)

147 Ps. CXIII[5]. 151 Dan. II[47]. Vel...ex persona Dei : cf. Hugo. 153 uel...Filius : cf. *Glossa interlin.* Eph. IV[11]. 157 Ier. X[16] ; cf. Ier. LI[19]. 159 Cf. vers. 3 et lin. 33. 160 Iob V[24]. 161 Is. LII[7]. 162 Cf. Eph. II[18] « faciens pacem » Ω. 163 predicandum : cf. Is. LII[7] ut supra lin. 161. 164 Ps. CXV[10]. II Cor. IV[13]. 165 Ier. XX[9]. 166 Matth. V[19]. 167 Suscepit... : cf. vers. 10 et lin. 65. 168 Rectius Gen. XLIX[9]. Ps. CXLI[8]. 169 Ps. CII[3]. 170 Rectius I Ioh. II[1]. 171 Is. LXIII[1]. Exod. XIV[14]. 172 Os. II[18]. 173 Aqua : cf. lin. 99 « ...in stagna <aquarum> ». 174 Ier. IX[1]. 175 Ioh. III[5]. 176 Cf. Ioh. VII[38], ut supra cap. 12, 70. 177 Eccli. XXIV[40]. 178 Prov. V[15].

CAPITVLVM XLII

[1] Ecce seruus meus, suscipiam eum ; electus meus, complacuit sibi in illo anima mea ; dedi spiritum meum super eum. Iudicium gentibus proferet, [2] non clamabit ; neque accipiet personam nec audietur foris uox eius, [3] calamum quassatum non conteret et linum fumigans non extinguet. In ueritate educet iudicium ; [4] non erit tristis neque turbulentus. Donec ponat in terra iudicium, et legem eius insule expectabunt. [5] Hec dicit Dominus Deus creans celos et extendens eos,

§ *Ecce seruus meus* etc. Hic ostendit diuinam dilectionem ex filio quem promisit, Io. iij « Sic Deus dilexit mundum » etc. Et primo ex tanto beneficio ostendit Dei dilectionem, secundo Iudeo-
109 vb rum peruersitatem : | *Hec uerba feci eis* etc. Circa primum tria ; primo predicit Filii Dei aduentum, secundo malorum casum : *Dominus sicut fortis* etc., tertio resurrectionem bonorum : *Et educam cecos* etc., Luce ij « Ecce hic positus est » etc. Circa primum tria : primo describit mittendi condicionem, secundo predicit missionem : *Hec dicit Dominus* etc., tertio inuitat ad gratiarum actionem : *Cantate Domino* etc.

Circa primum tria. Primo ostendit gratie plenitudinem quantum ad gratiam unionis : *suscipiam eum* ; *seruus* secundum humanam naturam, Luce primo « Suscepit Israel » etc. ; quantum ad gratiam capitis : *electus* ut sit capud Ecclesie, « ex milibus », Cant. v, Ps. « Beatus quem elegisti et assumpsisti » etc., *complacuit*, M[t]. iij « Hic est Filius meus » etc. ; quantum ad gratiam habitualem que fuit in ipso singularis : *dedi spiritum meum*, supra xj « Requiescet super eum spiritus Domini » etc.

Secundo ostendit iudicii equitatem quantum ad tria : scilicet iudicandi actoritatem : *Iudicium gentibus* etc., Ps. « Deus iudicium tuum » etc., Io. v « Omne iudicium dedit » etc. ; cui adiungit mansuetudinem : *non clamabit*, Eccles. ix « Verba sapientis audiuntur » etc. Ostendit secundo iudicis equalitatem : *neque accipiet personam*, Ac. x « Non est personarum acceptor Deus » ; cui adiungit pietatem in subueniendo : *nec audietur foris*, Iudeam, *uox* predicationis eius, ut prius subueniret illis ad quos missus erat, « Non sum missus » etc., M[t]. xv, Ps. « Hodie si uocem eius » etc. ; et in dissimulando : *calamum*, scilicet regnum Iudeorum, *linum*, sacerdotium, Ez. xxxiiij « Quod confractum fuerat » etc. Ostendit etiam tertio iudicii ueritatem : *In ueritate* etc., Ps. « Iudicabit orbem terre » etc., cui adiungit iocunditatem : *non erit tristis* in corde, *turbulentus* in facie ; semper ylaris iocundusque fuit, equalitatem mentis seruans, etsi quantum ad partem sensibilem fuerit propassio tristitie, non quidem necessitatis sed uoluntatis, unde M[t]. xxvj « Tristis anima mea » etc., Eccli. xxx « Iocunditas cordis » etc.

Tertio ostendit dominii potestatem : *Donec ponat* iudicium ultimum, uel preceptum suum predicantibus apostolis, *legem*, euangelium, Gen. ult. « Ipse erit expectatio » etc., infra lx « Me enim insule expectant » etc. Alii exponunt hoc de Dario rege Persarum, qui mansuetus, iustus et quietus fuit, quem Dominus elegit ad liberandum Iudeos.

§ *Hec dicit Dominus Deus* etc. Hic predicit

20 elegisti et *sup. lin.* 22 habitualem *sup. lin.* 23 Requiescet] descen *praem.* pA 31 personam *sup. lin.*] personarum pA 34 subueniret] -nire A 36 uocem] uoce A in *sup. lin.*

1 etc.] ut filium suum unigenitum daret 5 feci...etc. *om.* 6 tria] facit *add.* 9 cecos etc. *om.* etc.[2]] in ruinam et in resurrectionem multorum in israel 17 etc.] puerum suum recordatus est(*om.* F) misericordie sue 19 ex milibus] dilectus meus candidus et rubicundus *praem.* 20 iij] 9 21 etc.] dilectus in quo michi complacui 25 iudicii] iudicis 25-30 equitatem...iudicis *hom. om.* π 29 Eccles....etc.] *om.* Bo (*def.* π) 32 acceptor Deus] acceptio apud deum 35 etc.] nisi ad oues que perierunt domus israel 36 M[t]. xv *ante* Non sum 36 etc.] audierit 39 etc.] non alligastis (Ez. xxxiv[4]) ostendit etiam tertio] tertio ostendit 41 etc.] in iustitia et populos in ueritate 42 semper] enim *add.* 47 etc.] sobriam facit animam (Eccli. xxxi[2]) 48 tertio] quarto 51 etc.] gentium 52 expectant] -ctabunt 55 Iudeos] Nota super illo uerbo ' non clamabit '...labruscas *add.* (*cf. infra* 207-210) 56 Deus etc. *om.*

1 Hic... : cf. cap. 41, 4. 2 Ioh. III[16]. 5 Vers. 16. 7 Vers. 13. 8 Vers. 16. 9 Luc. II[34]. 11 Vers. 5. 13 Vers. 10. 17 Luc. I[54]. 19 Cant. V[10]. Ps. LXIV[5]. 20 Matth. III[17]. 23 Is. XI[2]. 27 Ps. LXXI[2]. 28 Ioh. V[22]. 29 Eccl. IX[17]. 31 Act. X[34]. 36 Matth. XV[26]. Ps. XCIV[8]. 37 regnum...sacerdotium : *Glossa marg.* ; cf. Haymo (923 C) et Greg. *Moral.* XXXIII c. 3 n. 7 (PL 76, 673 B). 38 Ez. XXXIV[16]. 40 Ps. XCV[13]. 46 Matth. XXVI[38]. Eccli. XXX[20]. 50 Rectius Gen. XLIX[10]. 51 Is. LX[9]. 52 Alii : non inuenimus ; de Cyro hoc exponunt Hugo et Albertus,

firmans terram et que germinant ex ea, dans flatum populo qui est super eam et spiritum calcantibus eam. [6] Ego Dominus uocaui te in iustitia et apprehendi manum tuam et seruaui te. Et dedi te in fedus populi in lucem gentium, [7] ut aperires oculos cecorum, ut educeres de conclusione uinctum, de domo carceris sedentes in tenebris. [8] Ego Dominus, hoc est nomen meum, gloriam meam alteri non dabo et laudem meam sculptilibus. [9] Que prima fuerunt ecce uenerunt; noua quoque ego annuntio : antequam oriantur, audita uobis faciam. [10] Cantate Domino canticum nouum, laus eius ab extremis terre, qui descenditis in mare, et plenitudo eius; insule et habitatores earum. [11] Leuet desertum et ciuitates eius; in domibus habitabit Cedar. Laudate habitatores Petre, de uertice montium clamabunt. [12] Ponent Domino gloriam et laudem eius in insulis nuntiabunt.

missionem. Et primo ostendit mittentis potestatem quantum ad creationem celestium : *creans celos*, quantum ad dispositionem terrestrium : *firmans terram*, quantum ad animationem uiuentium : *dans flatum*, naturalis uite, *spiritum*, gratuite, Zach. xij « Dominus extendens celum » etc. Secundo predicit missionem, ponens missi exaltationem : *Ego Dominus uocaui te* Filium meum, ab eterno predestinando ad unitatem diuine persone, *in iustitia*, id est ut iustus sim implens promissa, Ro. primo « Qui predestinatus est » etc.; *appreendi manum*, quantum ad operationem, Io. xiiij « Pater in me manens » etc., *et seruaui*, ne morte detineretis, Ps. « Non dabis sanctum tuum » etc., infra xlix « Vocaui eum et adduxi » etc. Ponit
110 ra etiam officii iniunctionem : | *Dedi te in fedus*, quasi mediatorem, Gen. ix « Arcum meum ponam » etc., *in lucem* etc., quasi illuminatorem, supra ix « Habitantibus in regione » etc., Io. primo « Erat lux uera » etc.; ostendit etiam officii utilitatem contra infidelitatem : *ut aperires* etc., Io. ix « In iudicium ueni » etc., contra peccati seruitutem : *ut educeres* etc., Zach. ix « Tu autem in sanguine testamenti » etc. Tertio ex missione concludit diuine maiestatis singularitatem quantum ad potentiam : *Ego Dominus* etc., Ps. « Iter facite illi » etc., Exo. vj « Nomen meum Adonay » etc., *gloriam* qua Dominus dicor, Luce ij « Gloria in excelsis » etc.; et quantum ad scientiam : *Que prima fuerunt* etc., infra xlix « Dixi tibi ex tunc » etc. Hoc etiam referunt ad Darium.

§ *Cantate Domino* etc. Hic inuitat ad gratiarum actionem. Et primo indicit laudem et precipue agrestibus, uel propter distantiam habitationis : *ab extremis*, supra xxiiij « A finibus terre laudes » etc., uel propter inclusionem maris : *qui descenditis*, scilicet naute, *plenitudo eius*, scilicet maris, id est omne illud quo impletur laudet Deum, Ps. « Qui descendunt in mare » etc.; uel propter conuersationem in desertis : *Leuet* uocem suam in laudem Dei *desertum*, id est habitatores eius, maxime quantum ad Ysmaelitas, *in domibus*, more aliarum nationum, qui prius erant uagi per desertum, *Cedar*, filius Ysmaelis, supra xxxv « Letabitur deserta » etc.; uel propter habitationem in montanis : *Laudate habitatores Petre*, illius ciuitatis in Palestina que in petris posita est; uel cuiuslibet montis, infra lv « Montes et colles cantabunt » etc., et inuitat hos de quibus minus uidetur quod ad laudandum Deum conuersantur. Secundo predicit diuine laudi diuulgationem : *Ponent Domino gloriam* in aliis, non solum in

64 meum] *licet etiam legere* iustum 66 promissa] precepta *praem.* pA 78 Io. ix] infra lxprimo spiritus domini super me [e]tc. *praem.* pA 80 missione] -onem pA 81 concludit] ostendit *praem.* A *et casu non del.* 87 Hoc] Cantate domino etc. *praem.* pA Darium] cirum *praem.* pA 88 gratiarum] gratie pA 91 laudes etc. *sup. lin.*] etc. pA *(non del.)* 100 supra] per *praem.* pA 105 inuitat] ostendit *praem.* pA

59 celos] celum terrestrium] celestium *praem.* α(-F) 62 etc.] et fundans terram et creans spiritum hominis qui est in ipso 67 etc.] filius dei 69 etc.] ipse facit opera 70 etc.] uidere corruptionem 71 infra...etc. *om.* 72 etiam *om.* in fedus *om.* 74 etc.] in nubibus et recordabor federis mei quod pepigi tecum 75 ix] 10 etc.] umbre mortis lux orta est eis 76 etc.] que illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum 78 ueni etc.] in hunc mundum uenit ut qui non uident uideant et qui uident ceci fiant 80 etc.] tuo eduxisti uinctos de lacu 82 Iter...etc.] Dominus nomen est illi 86 etc.] deo 89 et precipue *om.* (-F) agrestibus] asserentibus *praem.* 91 laudes] laudem 92 etc.] audiuimus gloriam eius 93 descenditis] -ndunt 94 quo] quod (-F) 95 in *om.* 95 etc.] in nauibus 99 prius] primo 100 Cedar] uel edom(emon Fπ) 101 etc.] et inuia et exultabis solitudo 104 colles] omnes *praem.* 105 etc.] domino et *om.*(-F) 106 conuersantur] -tantur

62 Zach. XII[1]. 66 Rom. I[4]. 68 Ioh. XIV[16]. 70 Ps. XV[10]. 71 Rectius Is. XLVIII[15]. 73 Gen. IX[12]. 75 Is. IX[6]. Ioh. I[9]. 78 Ioh. IX[39]. 79 Zach. IX[11]. 82 Ps. LXVII[6]. 83 Exod. VI[8]. 85 Luc. II[14], ubi habet Ω « in altissimis » ; cf. Luc. XIX[38] et Ordinarium missae « Gloria in excelsis ». 86 Rectius Is. XLVIII[2], ubi Ω « Predixi » ut infra cap. 48, 39. 87 Darium : cf. supra lin. 52. 91 Is. XXIV[16]. 95 Ps. CVI[28]. 100 Is. XXXV[1]. 104 Is. LV[12].

[13] Dominus sicut fortis egredietur, sicut uir preliator suscitabit zelum. Vociferabitur et clamabit, super inimicos suos confortabitur. [14] Tacui, semper silui, patiens fui ; sicut pariens loquar ; dissipabo et absorbebo simul. [15] Desertos faciam montes et colles, et omne gramen eorum exsiccabo ; et ponam flumina in insulas et stagna arefaciam. [16] Et educam cecos in uiam quam nesciunt, in semitis quas ignorauerunt ambulare eos faciam. Ponam tenebras eorum coram eis in lucem et praua in directa. Hec uerba feci eis, et non dereliqui eos. [17] Conuersi sunt retrorsum. Confundantur confusione qui confidunt in sculptili, qui dicunt conflatili : Vos dii nostri. [18] Surdi audite, et ceci intuemini ad uidendum. [19] Quis cecus nisi seruus meus, et surdus nisi ad quem nuntios meos misi ? Quis cecus nisi qui uenundatus est ? Et quis cecus nisi seruus Domini ? [20] Qui uides multa, nonne custodies ?

se ipsis, infra ult. « Mittam ex eis qui saluati » etc. Mystice totum hoc de conuersione gentium ad fidem.

§ *Dominus sicut fortis.* Hic predicit per Christi aduentum futurum casum ; et circa hoc quatuor ponit. Primo potentiam : *Dominus sicut fortis*, ad impugnandum Iudeos per Romanos, Exo. xv « Dominus quasi uir pugnator » etc. ; *zelum* ultionis, Prou. vj « Zelus et furor uiri » etc. Secundo ponit iram : *Vociferabitur*, per tribulationes quas eis immittet, contra id quod supra dictum est « Non clamabit » ; primo enim ostendit mansuetudinem ueniens, sed contempnentibus indignationem ostendit, Iob xxxvj « Tonabit in uoce sua » etc. Tertio ponit iustitiam, quia iustum <est> ut cum diu expectauerit impenitentes omnes simul absorbeat : *Tacui semper* etc., Iob iij « Nonne dissimulaui » etc., *patiens fui*, supra xxx « Propterea expectat Dominus » etc. ; *sicut pariens* proferam dissimulatum dolorem, sicut mulier conceptum infantem, uel quia sicut parturiens dolebo de tam graui pena. Quarto ponit penam quantum ad homines : *Desertos faciam montes*, maiores, | *colles*, mediocres, *germen*, populares, Ez. xxxv « Montem Seyr desertum » etc. ; et quantum ad subtractionem omnis doctrine uel consolationis : *ponam flumina* etc., Ps. « Posuit flumina in desertum » etc. Potest etiam hoc referri ad destructionem hostium Iudeorum per Darium.

110 rb

§ *Et educam.* Hic ponit resurrectionem bonorum quantum ad tria : primo quantum ad reparationem actus : *educam cecos*, scilicet gentiles, *in uiam*, Christum, uel legis preceptum, uel etiam Iudeos secundum aliam expositionem, Prou. xj « Ducam te per semitas » etc. ; secundo quantum ad illuminationem intellectus : *Ponam tenebras* etc., Luce primo « Illuminare his qui in tenebris » etc. ; tertio quantum ad directionem affectus : *praua*, scilicet corda, supra xl « Erunt praua in directa » etc.

§ *Hec uerba feci eis* etc. Hic ostendit Iudeorum peruersitatem. Et primo ostendit eos ingratos ad beneficia, secundo duros ad precepta : *Surdi audite*, tertio obstinatos inter flagella : *Quis est in uobis* etc. Circa primum duo : primo ostendit ingratitudinem : *Hec uerba*, scilicet predicta beneficia, *Conuersi sunt retrorsum* a me, Ier. xv « Tu dereliquisti me » etc. ; secundo imprecatur eis confusionem : *Confundantur* etc., Ps. « Confundantur omnes » etc.

§ *Surdi audite.* Hic ostendit eos duros uel inobedientes ad precepta. Et primo ostendit eorum duritiam, uocans eos surdos et cecos unite : « Excecauit enim eos malitia eorum », Sap. ij, quamuis habeant oculos et aures corporis, quod probat quia uidentes custodiunt et habentes aures cordis apertas obediunt ; *uenundatus* in

112 predicit] ostendit *praem.* pA 121 ueniens] uenientibus pA 124 < est > *suppl.* 129 quia] dolens *add.* pA 130 dolebo] puniam *praem.* pA 130 Quarto] tertio ost<endit> *praem.* pA 138 resurrectionem] *legi potest* resertionem 145 Luce] ps. *praem.* pA 158 duros] ad p *add.* pA 163 habentes] audientes *praem.* pA 164-166 uenundatus...faceres etc. *in marg.*

109 etc.] fuerint ad gentes et ad africam et ad gentes que non nouerunt me 114-117 Primo...ultionis *om.* F 116 etc.] omnipotens nomen eius (*def.* F) 117 etc.] non parcet in die uindicte 120 enim ostendit *om.* 121 sed contempnentibus] et contemptoribus 122 in...etc.] uoce magnitudinis sue et non inuestigabitur cum audita fuerit uox eius (Iob xxxvii[4]) 124 <est> *om.* 125 etc.] silui 126 etc.] nonne silui nonne quieui 127 Dominus etc.] nos deus ut miserearur nostri 128 pariens] parturiens 129 quia *om.* 133 etc.] et desolatum dabo et auferam de eo euntem et redeuntem 136 etc.] et exitus aquarum in sitim 137 Darium] et cirum *add.* 143 etc.] equitatis 144 etc.] et in umbra mortis sedent 147 etc.] et aspera in uias planas. Nota super illo uerbo ponam flumina ...*cf. supra* : cap. 41, 173-178). Nota super illo uerbo ' Dedi te in fedus '...(*cf. infra* 211-215) 155 etc.] dicit dominus retrorsum abiisti 157 etc.] inique agentes 158 uel inobedientes] ad obediendum 161 unite] in mente enim *om.* 164-166 uenundatus...faceres] deo F

109 Is. LXVI[19]. 115 Exod. XV[3]. 117 Prov. VI[34]. 119 supra : vers. 2. 122 Rectius Iob XXXVII[5]. 126 Iob III[26]. 127 Is. XXX[18]. 132 maiores...populares : cf. *Glossa interlin.* 133 Ez. XXXV[7]. 135 Ps. CVI[33]. 136 Potest...Darium : cf. supra lin. 52. 142 aliam... : cf. Hugo. 142 Rectius Prov. IV[11]. 145 Luc. I[79]. 147 Is. XL[4]. 154 Ier. XV[6]. 156 Ps. XCVI[7] ut in *Glossa interlin.*, vel Ps. XXIV[4]. 162 Sap. II[21].

Qui apertas habes aures, nonne audies ? [21] Et Dominus uoluit ut sanctificaret eum et magnificaret legem et extolleret. [22] Ipse autem populus direptus et uastatus ; laqueus iuuenum omnes, et in domibus carcerum absconditi sunt. Facti sunt in rapinam, nec est qui eruat ; in direptionem, et non est qui dicat : Redde. [23] Quis est in uobis qui audiat hoc, attendat et auscultet futura ? [24] Quis dedit in direptionem Iacob et Israel uastantibus ? Nonne Dominus ipse est cui peccauimus, et noluerunt in uiis eius ambulare et non audierunt legem eius ? [25] Et effudit super eum indignationem furoris sui et forte bellum. Et combussit eum in circuitu et non cognouit, et succendit eum et non intellexit.

seruum peccati pro delectatione temporalis boni, III Reg. xxj « Venundatus es ut faceres » etc. ; *Qui apertas* etc., Ier. v « Audi populе stulte » etc., supra vj « Exceca cor populi huius » etc. Secundo ostendit durorum stultitiam per hoc quod in preceptis eorum utilitatem Dominus intendebat ; unde ponit Domini intentionem : *Et Dominus uoluit, eum*, populum, *et* ipse populus *magnificaret legem* Dei in corde suo, custodiendo ipsam, *et ut* Dominus *extolleret*, id est exaltaret populum, prima Tess. iiij « Hec est uoluntas Dei » etc. Et ostendit etiam eorum contradictionem, quia in seipsis peccabant : *Ipse autem, direptus* a demonibus per diuersa peccata, *et* ideo *uastatus* ab hostibus, supra xviij « A populo diuulso » etc. ; aliis etiam occasionem peccandi prestabant : *laqueus*, id est occasio ad peccandum, *iuuenum*, insipientum, Osee v « Laqueus facti estis » etc. ; et quia peccata occultabant *in domibus carcerum*, id est in secreto cordis, « In corde et corde » etc. Tertio ponit penam : *Facti sunt in rapinam* etc., *nec est qui eruat*, bellorum potentia, *nec est qui dicat*, orationis instantia, Eccli. ult. « Circumdederunt me undique » etc. ; uel ibi incipit pena : *in domibus carcerum*, ut exponatur ad litteram.

§ *Quis est in uobis*. His ostendit eos incorrigibiles per flagella, quia etiam causam flagellorum non recognoscunt ; et circa hoc tria facit. Primo inquirit recte sentientem, innuens paucitatem ; *futura*, que prenuntio de uestris suppliciis, Osee ult. « Quis sapiens » etc. Secundo determinat ueritatem, quantum ad pene actorem : *Quis dedit* etc., primo Reg. ij « Dominus mortificat » etc. ; quantum ad culpam : *ipse est cui* etc., | Baruc iiij « Iustitias ipsius nescierunt » etc. ; *110 va* et quantum ad penam : *Et effudit* etc., Ps. « Effunde super eos iram tuam » etc., effusio habundantiam significat. Tertio excludit ueritatis cognitionem : *Et combussit eum*, scilicet materiali igne per hostium uastationem, *non cognouit* se a Deo pro peccatis suis punitum, Ps. « Nescierunt neque intellexerunt » etc.

109 va marg. inf.
Clamor
deuote orationis, Hebr. v « Cum clamore ualido » etc. ;
attente predicationis, Io. vij « Ultimo festiuitatis » etc. ;
rixe et contentionis, supra v « Expectauit ut faceret » etc.

109 vb marg. inf.
Datur Christus in fedus
conseruande salutis, Gen. ix « Arcum meum » etc. ;
explende promissionis, secunda Cor. primo « Quotquot promissiones » etc. ;
diuine dilectionis, Io. iij « Sic Deus dilexit » etc. ;
cessature legis, Ps. « Holocausta pro peccato » etc.

169 stultitiam] qui *add.* pA 170 intendebat] -ebant A 176 Et] secundo *praem.* pA quia] ipse *praem.* pA 177 direptus] peccatis *add.* pA 177 a *sup. lin.* 198 quantum] secundo *praem.* pA 203 eum] etc. *add.* pA 214 diuine] in signum *praem.* pA 215 Holocausta] -casta A

165 delectatione] dulcedine (*def.* F) 166 etc.] malum contra deum (*def.* F) 167 Ier. v] ier. 6 168 populi huius] eorum etc.] ne intelligant et aures eorum aggraua(-uant F) 169 durorum] induratorum per] propter 174 id est exaltaret *om.* α(-F) 176 Et ostendit etiam] secundo ostendit (*cf.* A) 176 eorum] animi *add.* 179 supra...etc.] apostolo disul etc. F *om.cet.* 181 insipientum] -ntium 182 etc.] speculationi et sicut rete expansum super tabor 183 carcerum] ca'ce Bo F causate π 184 etc.] locuti sunt. ps. 188 etc.] et non erat qui adiuuaret 188 ibi incipit *inv.* carcerum] -eris 194 prenuntio de uestris] prenuntiat de futuris 195 etc.] et intelliget ista intelligens et sciet hoc 196 Quis dedit etc.] qui sedebit 198 etc.] et uiuificat perducit ad inferos et reducit quantum] secundo *praem.* (*cf.* A) 199 etc.] neque ambulauerunt per uiam mandatorum dei 201 etc.] et furor ire tue comprehendet eos 203 eum *om.* 207-215 *Cf. Praef.* p. 64* (App. 1) 207-210 *Inserta ante* Hec dicit (*lin.* 56) 210 rixe et contentionis] tertius innixe intentionis 211-215 *Inserta ante* Hec uerba (*lin.* 148) 215 etc.] offeram tibi (Ps. LXV[15])

166 III Reg. XXI[25], ubi Ω « est ut faceret ». 167 Ier. V[21]. 168 Is. VI[10]. 175 I Thess. IV[3]. 179 Is. XVIII[7]. 182 Os. V[1]. 184 Ps. XI[3] ; cf. *Glossa interlin.* 187 Eccli. LI[10]. 194 Os. XIV[10]. 197 I Reg. II[6]. 199 Bar. IV[13]. 200 Ps. LXVIII[25]. 205 Ps. LXXXI[5]. 207 Clamor : cf. vers. 2 et lin. 29. 208 Hebr. V[7]. 209 Cf. Ioh. VII[37]. 210 Is. V[2]. 211 Datur...fedus : cf. vers. 6 et lin. 72. 212 Gen. IX[12]. 213 I Cor. I[20]. 214 Ioh. III[16]. 215 Cf. Ps. XXXIX[7].

CAPITVLVM XLIII

[1] Et nunc hec dicit Dominus creans te Iacob et formans te Israel : Noli timere, quia redemi te et uocaui te nomine tuo ; seruus meus es tu. [2] Cum transieris per aquas tecum ero et flumina non operient te, cum ambulaueris in igne non combureris et flamma non ardebit in te ; [3] quia ego Dominus Deus tuus, sanctus Israel, saluator tuus. Dedi propitiationem tuam Egyptum, Ethiopiam et Saba pro te. [4] Ex quo honorabilis factus es in oculis meis et gloriosus ; ego dilexi te, et dabo homines pro te et populos pro anima tua. [5] Noli timere, quoniam ego tecum sum ; ab oriente adducam semen tuum et ab occidente congregabo te. [6] Dicam aquiloni : Da, et austro : Noli prohibere ; affer filios meos de longinquo et filias meas ab extremis terre. [7] Et omnem qui inuocat nomen meum in gloriam meam creaui eum, formaui eum et feci eum.

§ *Et nunc hec dicit Dominus* etc. Hic ostendit eis diuinam dilectionem per remedia que eis inter angustias concessit. Et diuiditur in partes tres : in prima promittit futura remedia ad ostendendam dilectionem, in secunda commemorat preterita beneficia ad confirmandam promissionem : *Hec dicit Dominus qui dedit* etc., in tertia excludit merita ad tollendam presumptionem : *Non me inuocasti* etc. Circa primum tria facit : primo ostendit ad eos diuine dilectionis priuilegium, secundo ex promissis remediis excludit diuine potestatis consortium : *Omnes gentes congregate sunt* etc., in tertia ponit dilectionis signum : *Hec dicit Dominus redemptor* etc.

Circa primum promittit eis tria remedia. Primo in penis sustentationem, excludens timorem ex diuina presentia : *creans te*, quantum ad substantie principia, Deut. xxxij « Ipse est pater tuus » etc., *formans*, quantum ad formam quam dedit, Gen. primo « Formauit Dominus » etc., *redimens* a malis, Osee xiij « De manu mortis » etc., *et uocaui* ad gratiam, Osee primo « Vocabo non plebem meam » etc. ; ponit promissionem : *Cum transieris per aquas*, Egiptios, *flumina*, Chaldei, *igne*, Greci, *flamma*, Romani : non enim ex toto sunt consumpti, Ps. « Transiuimus per ignem » etc. Et assignat huius rationem : *quia ego Dominus* etc., supra xij « Nam et ipse Deus saluator » etc.

Secundo promittit penarum commutationem, ut scilicet alios loco ipsius puniat ; et ponit commutationem : *Dedi propitiationem*, id est ut propitier tibi, quasi penis eorum qui te ad peccandum sui auxilii spe prouocabant : *Sabba*, ciuitas Ethiopie, Prou. xj « Iustus de angustia » etc. ; et assignat rationem, scilicet ipsam Dei dilectionem : *Ex quo honorabilis*, id est feci et reputaui te honorabilem, *pro te*, pro liberatione tua, Ier. xxxprimo « Si filius honorabilis michi » etc.

Tertio promittit eis a tribulationibus omnimodam liberationem ; et circa hoc tria : primo promittit liberationis beneficium : *Noli timere ; ab oriente*, quia undique dispersi erant, supra xj « Congregabit profugos » etc., Ier. xxxprimo « Ecce ego adducam eos » etc. ; secundo ponit liberationis meritum : *Et omnem qui inuocat* adducam *in gloriam meam*, ut glorificet me et in ipso gloriosus appaream, Ioelis secundo « Omnis quicumque inuocauerit » etc. ; tertio promulgat

2 remedia] diu<ina> *praem.* pA 4 futura *sup. lin.* 6 beneficia] reme<dia> *praem.* pA 7 tertia] tertio pA 13 signum] etc. *add.* pA 15 Primo] diuinam *add.* pA 19 formam *sup.lin.*] animam pA quam dedit *in marg* 21 manu] morte liberabo e<os> *praem.* pA 24 igne] ignem pA 30 ponit] primo *praem.* pA 31 id est *in marg.* 32 penis] mor<te> *praem.* pA eorum] eos pA 33 sui] suis pA 34 Prou. vj *in marg.* 36 honorablis...honorabilem] hon....hon. A 38 filius] puer *praem.* pA

1 Dominus etc. *om.* 7 qui dedit etc. *om.* 9 etc.] iacob 12 congregate...etc. *om.* 18 principia] -pium etc.] qui possedit te fecit te et creauit 19 formans] faciens 20 Dominus etc.] deus hominem de limo terre redimens] redemi 21 etc.] liberabo eos et de morte redimam eos 23 etc.] plebem meam 24 Egiptios] -ias 26 etc.] et aquam et eduxisti nos in refrigerium 28 Nam et] uere 28 etc.] noster 32 propitier tibi] propitientur eorum] eos affligens 34 etc.] liberatus est 35 Dei *om.* 38 honorabilis michi *inv.* 40 tria] facit *add.* 43 etc.] israel Ier. ...etc. *om.* 44 ponit] adducit (-F) 45 inuocat] nomen *add.* 46 in ipso] ut ipse 48 etc.] nomen domini saluus erit

6 Vers. 16. 8 Vers. 22. 12 Vers. 9. 13 Vers. 14. 18 Deut. xxxii[6]. 20 Rectius Gen. ii[7]. 21 Os. xiii[14]. 22 Os. i[9] ut legitur Rom. ix[25] ; « Voca nomen eius non populus meus » Ω *Clem.* 26 Ps. lxv[18]. 28 Cf. Is. xii[2] « Ecce Deus saluator » sec. Ω *Vulg.* (et supra cap. 12, 24). 34 Prov. xi[8]. 37 Ier. xxxi[21]. 42 Is. xi[12]. 43 Ier. xxxi[8]. 47 Ioel ii[32].

8 Educ foras populum cecum et oculos habentem, surdum et aures ei sunt. 9 Omnes gentes congregate sunt simul et collecte sunt tribus. Quis in uobis annuntiet istud et que prima sunt audire uos faciet? Dent testes eorum et iustificentur et audiant et dicant. Vere 10 uos testes mei, dicit Dominus, et seruus meus quem elegi, ut sciatis et credatis michi et intelligatis quia ego ipse sum; ante me non est formator Deus et post me non erit. 11 Ego sum, ego sum Dominus, et non est absque me saluator. 12 Ego annuntiaui et saluaui, auditum feci, et non fuit in uobis alienus. Vos testes mei, dicit Dominus, et ego Deus; 13 ab initio ego ipse, et non est qui de manu mea eruat; operabor, et quis auertet illud? 14 Hec dicit Dominus redemptor uester sanctus Israel : Propter uos emisi in Babilonem et detraxi uectes uniuersos et Chaldeos in nauibus suis gloriantes. 15 Ego Dominus Sanctus uester, creans Israel, rex uester. 16 Hec dicit Dominus, qui dedit in mari uiam et in aquis torrentibus semitam,

liberationis preceptum : *Educ*, o Cire, *foras*, extra terram captiuitatis, *populum*, scilicet Iudeorum, Ier. v « Audi populo stulte » etc.

§ *Omnes gentes*. Hic excludit diuinitatis consortium. Et primo ostendit aliorum deorum falsitatem per modum iudicii, ponens gentium ad ydolatriam consensum : *congregate sunt* in unum
110 vb errorem, Ps. « Omnes declinauerunt » etc., petens diuinitatis signum : *Quis ex uobis*, id est quis deorum uestrorum; uel loquitur ad ydola et petit testimonium : *Dent testes, et iustificentur*, id est iuste dicantur dii, et testes *audiant* ab eis futura, *et dicant* pro uobis testimonium, supra xlprimo « Non est annuntians neque predicens » etc. Secundo ostendit sue diuinitatis ueritatem, et primo quantum ad scientiam, secundo quantum ad potentiam : *Vos testes* etc.

Circa primum duo. Primo dat testimonium, assignans homines in testimonium : *Vere uos testes* etc., *seruus*, populus Iacob, uel Christus, Ac. primo « Eritis michi testes » etc.; ponens cognoscendi modum : *ut sciatis*, quantum ad ea que per naturales rationes de Deo sciri possunt, *et credatis*, quantum ad ea que supra rationem sunt, et sic *intelligatis*, quia « nisi crediderit non intelligetis », supra viij secundum aliam litteram; ponens etiam testium dictum quod ipse sit solus Deus : *quia ego* solus *sum* Deus, *formator*, uel formatus, scilicet ydolum, Deut. xxxij « Videte quod ego sim solus » etc., et quod sit solus Dominus : *Ego sum*, singulariter, *ego sum* excellenter etc., Ac. iiij « Salus non est in aliquo alio » etc. Secundo dat diuinitatis signum : *Ego annuntiaui* etc., *non fuit* a quo scire possetis, Ps. « Israel si me audieris » etc.

§ *Vos testes* etc. Hic ostendit ueritatem diuinitatis quantum ad potentiam. Et primo dat testimonium : *Vos testes* etc., Io. viij « Ego principium » etc.; secundo dat potentie signum in puniendo : *et non est qui de manu*, ut Deut. xxxij, Iob x, et in operando : *operabor* etc., supra xiiij « Dominus exercituum decreuit » etc.

§ *Hec dicit Dominus* etc. Hic ponit dilectionis signum, quia pro eis Babilonios in nauibus gloriantes propter multitudinem aquarum destruxit : *emisi*, scilicet iram, Ier. lprimo « Cogitauit Dominus et fecit » etc.

§ *Hec dicit Dominus qui dedit* etc. Hic commemorat preterita beneficia ad confirmandam spem de futuris. Et circa hoc duo facit. Primo commemorat preterita beneficia quando egressi sunt de Egipto, in eorum gubernatione : *in mari* rubro,

50 terram *cum* α] terra A 54 per] ponens *praem.* pA 55 ydolatriam] ydol. A 63 ostendit *sup. lin.*] predicit pA 64-66 secundo... testimonium *in marg.* 65 potentiam *coni. cum* α (*cf. infra lin.* 85)] scientiam A 67 assignans... testimonium *sup. lin.*] dans testes pA 69 ponens] ut sciatis. ponit etiam testium dictum *praem.* pA 75 quod] qui *praem.* pA solus] singularis *praem.* pA 76 ego] sum *add.* pA 76 uel formatus] uel tus A 87 potentie] diui<...> *praem.* pA 91 Hec] hic *praem.* pA 92 Babilonios] bab. A 99 quando] in eorum *praem.* pA

49 Cire] tyre 51 etc.] qui non habes cor qui habentes oculos non uidetis et aures non audietis 56 etc.] simul inutiles facti sunt 62 etc.] neque audiens sermones uestros 63 ostendit] predicat (*cf.* A) 67 assignans...testimonium *bom. om.*(*cf.* A) 69 etc.] in omni iudea et ierusalem 73 intelligatis] -getis 76 solus] solum uel...ydolum *om.* 78 etc.] et non sit alius deus preter me 79 sum[3]] sum et (-F) 83 etc.] non erit in te deus recens neque adorabis deum alienum.dominus.Nota super illo uerbo cum ambulaueris...Item super illo cum transieris...(*cf. infra* 170-188) 84 diuinitatis] deitatis 86 etc.] qui et loquor uobis 88 ut] mea Deut. xxxij] non est qui de manu mea possit eruere *add.* 89 Iob x *om.* 90 etc.] et quis poterit infirmare 94 scilicet iram *inv.* Ier....etc. *om.* α(-F) 97-99 preterita...commemorat *om. om.* 99 preterita beneficia *inv.*

51 Ier. v[21]. 56 Ps. xiii[3]. 61 Is. xli[26]. 65 Vers. 12. 68 uel Christus : cf. *Glossa interlin.* 69 Act. i[8]. 74 Rectius Is. vii[9]. 74 aliam litteram : Septuaginta, ut notat Hugo super Is. vii[9] post Hier. (104 D; 99); « si non crediderit, non permanebitis » Ω *Vulg.* 76 uel formatus : ita Hier. (428 B; 488); cf. *Glossa marg.* 77 Deut. xxxii[39]. 80 Cf. Act. iv[12]. 82 Ps. lxxx[9] sec. Psalt. rom.; « Israel si audieris me » Ω. 86 Cf. Ioh. viii[25]. 88 Deut. xxxii[39]. 89 Iob x[7]. Is. xiv[27]. 94 Ier. li[12].

17 qui eduxit quadrigam et equum, agmen et robustum ; simul obdormierunt nec resurgent, contriti sunt quasi linum et extincti sunt. 18 Ne memineritis priorum et antiqua ne intueamini. 19 Ecce ego facio noua, et nunc orientur : utique cognoscetis ea. Ponam in deserto uiam et in inuio flumina. 20 Glorificabit me bestia agri, dracones et structiones, quia dedi in deserto aquas et flumina in inuio, ut darem potum populo meo, electo meo. 21 Populum istum formaui michi, laudem meam narrabit. 22 Non me inuocasti Iacob, nec laborasti in me Israel. 23 Non obtulisti michi arietem holocausti tui et uictimis tuis non glorificasti me. Non te seruire feci in oblatione nec laborem tibi prebui in thure. 24 Non emisti michi argento calamum, et adipe uictimarum tuarum non inebriasti me. Verumptamen seruire me fecisti in peccatis tuis, prebuisti michi laborem in iniquitatibus tuis. 25 Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me et peccatorum tuorum non recordabor.

Exo. xiiij, *in aquis torrentibus*, in Arnon, Numeri xxprimo, in Iordane, Iosue iij ; et quantum ad hostium destructionem : *qui eduxit quadrigam*, currus Pharaonis etc., Exo. xv « Electi principes eius » etc. ; *quasi linum*, in momento succisum.

Secundo promittit futura multo maiora ; et circa hoc tria facit. Primo ostendit futurorum beneficiorum magnitudinem ex priorum comparatione : *Ne memineris*, quasi : non sunt digna ut in memoria habeantur comparatione futurorum, Phil. iij « Ea quidem que retro sunt obliuiscens » etc. ; ex eorum nouitate : *Ecce facio noua*, inaudita, Apoc. xxj « Ecce noua facio omnia », et ex eorum determinatione : *Ponam in deserto*, id est in terra Iudeorum que prius deserta, *uiam* euntium ad festiuitates, *flumina* consolationis, Ps. « Posuit desertum in stagna » etc. Et si exponantur hec ad litteram de liberatione de captiuitate Babilonis, dicuntur maiora quam liberatio de Egipto, non propter maiora miracula, sed quia reges de quorum potestate liberauit potentiores Pharaone fuerunt, uel quia de loco magis distanti uenerunt ; si autem referantur ad liberationem factam per Christum, | constat quod nichil ita ammirabile precesserat in seculis preteritis. Secundo ostendit beneficiorum utilitatem in gentibus : *Et glorificabit, bestia agri*, id est gentilis bestialiter uiuens, conuersi ad Christum, uel uidentes quomodo Iudeos libero, Ps. « Bestie et uniuersa pecora » etc. ; et in Iudeis : *ut darem potum* doctrine et consolationis, Deut. vij « Te elegit Dominus » etc. Tertio assignat rationem : *Populum istum, michi*, in laudem meam, Prou. xvj « Uniuersa propter seipsum » etc.

§ *Non me inuocasti*. Hic excludit merita Iudeorum ad consequenda tanta beneficia. Et circa hoc tria : primo excludit meritum, secundo dat responsioni locum : *Reduc me* etc., tertio remouet quendam respondendi modum : *Pater tuus* etc. Circa primum tria. Primo excludit meritum : *Non me inuocasti ;* et hec omnia dicuntur quia non toto corde hec Deo offerebant, sed partim Deo partim ydolis, uel quia Deo nichil conferebant, uel quia spe temporalis retributionis faciebant, uel quia post aduentum Christi accepta non fuerunt, Mal. iii « Quis est in uobis qui claudat ostia » etc., Ps. « Nunquid manducabo » etc. Secundo ostendit ipsorum reatum : *Verumptamen seruire*, quasi : seruilem me ostendistis, dum me offendentes non puniebam, supra primo « Facta sunt michi molesta » etc. ; loquitur more humano. Tertio ostendit datum gratis beneficium : *Ego sum* etc., Ps. « Propter nomen tuum propitiaberis » etc., Ez. xxxvj « Non propter uos ego faciam » etc.

101 aquis *sup.lin.* 105 succisum] sucissus pA 108 priorum *sup.lin.* 110 comparatione] respectu f<uturorum> *praem.* pA 111 iij *sup.lin.* 113 inaudita] ut populus dispersus sit re *add.* pA 115 uiam] uel *praem.* pA 116 euntium] sicut si *praem.* pA 121 potentiores] magis *praem.* pA 126 gentibus] iudeis *praem.* pA 129 libero] strutiones *add.* pA 141 quia] quia uel *praem.* pA 149 me²] ad *add.* pA 152 ostendit] eor<um> *add.* pA 154 faciam] facio pA

105 etc.] submersi sunt in mari rubro 106 futura *om.* 109 quasi] dicat *add.* 111 Phil.iij *om.* α(-F) quidem *om.* obliuiscens etc.] obliuiscantur 113 facio] ego *praem.* 114 et *om.* determinatione] deterioratione (-F) 115 terra] terram 117 etc.] aquarum 119 liberatio] -rare (-F) 121 liberauit] eos *add.* 127 glorificabit me *add.* 128 conuersi] -sus 129 uidentes] uidens (-F) libero] -rat 130 etc.] campi (Ps. VIII⁸) 131 Deut....etc. *om.*(-F) 133 istum] scilicet 134 seipsum etc.] semetipsum operatus est dominus 137 tria] facit *add.* 140 tria] facit *add.* 141 et] ut dicuntur] dare uel (*cf.* A) 142 offerebant] -bantur (-F) 146 ostia etc. *om.* 147 etc.] carnes taurorum aut sanguinem hyrcorum potabo 148 quasi] dicat *add.* 149 dum] aut 153 etc.] peccato meo 154 Ez. ...etc. *om.* α(-F) Non *om.* F (*def. cet.*)

101 Exod. XIV²¹⁻²⁴. Num. XXI¹⁴. 102 Ios. III¹⁵⁻¹⁶. 104 Exod. XV⁴. 105 in momento... : *Glossa interlin.* 111 Phil. III¹³. 113 Apoc XXI⁵. 116 Ps. CVI³⁵. 122 uel... : cf. Hugo. 129 Ps. CXLVIII¹⁰. 131 Deut. VII⁶. 133 Prov. XVI⁴. 146 Rectius Mal. I¹⁰. 147 Ps. XLIX¹⁸. 150 Is. I¹⁴. 153 Ps. XXIV¹¹. 154 Ez. XXXVI²³.

[26] Reduc me in memoriam, et iudicemur simul; narra si quid habes ut iustificeris. [27] Pater tuus primus peccauit, et interpretes tui preuaricati sunt in me, [28] et contaminaui principes sanctos, dedi ad internicionem Iacob et Israel in blasphemiam.

§ *Reduc me* etc. Hic dat responsioni locum : *Reduc*, quasi : recogita que tibi fecerim, *narra si quid habes* ad te excusandum uel me incusandum, *ut iustificeris*, id est ut iudiceris iustus, Iob xxxiij « Si habes quid loquaris » etc.

§ *Pater tuus*. Hic remouet quandam uiam respondendi. Possent enim allegare patrum innocentiam; sed contra hec dicit : *Pater*, Adam, Gen. iij, Abraam petens signum de promissione Dei quasi dubitans, Gen. xv; *interpretes*, Moyses et Aaron ad aquas contradictionis, Numeri xxj; *contaminaui*, id est contaminari permisi, ad *interneccionem*, quia omnes in deserto mortui sunt excepto Calep et Iosue, Ps. « Peccauimus cum patribus nostris » etc.

110 v marg. inf.

Dominus liberat sanctos ab igne
- carnalis temptationis, Iob xxxprimo « Ignis est usque ad consumptionem » etc.,
- temporalis tribulationis, Ps. « Igne me examinasti »,
- eterne dampnationis, M^t. xxv « Ite maledicti »,
- diuine indignationis, Deut. xxxij « Ignis succensus est » etc.;

in quo uruntur
- lasciuientes, prima Cor. vij « Melius est nubere » etc.,
- impatientes, supra xiij « Facies combuste » etc.,
- impenitentes, Ps. « Flamma combussit peccatores »,
- superbientes, ibid. « Montium fundamenta » etc.

Liberat etiam ab aquis
- uoluptatis, Prou. ix « Aque furtiue » etc.,
  in quibus suffocantur per luxuriam;
- cupiditatis, Exo. xv « Submersi sunt quasi plumbum » etc.,
  in quibus per auaritiam;
- aduersitatis, Ps. « Intrauerunt aque usque ad animam » etc.,
  in quibus per impatientiam;
- mundane potestatis, Apoc. xvij « Aque super quas sedet » etc.,
  in quibus per superbiam.

Reduc Deum in memoria quantum ad
- mirabilia que fecit ad uenerandum, Ps. « Mementote mirabilium eius » etc.;
- beneficia que dedit ad regratiandum, Eccli. ult. « Memoratus sum misericordie » etc.;
- tormenta que sustinuit ad compatiendum, Tren. iij « Recordare paupertatis » etc.;
- precepta que dedit ad obseruandum, Ps. « Vt memores sint » etc.

159 loquaris] respondeas etc. *praem.* pA 160 Pater] hic po<nit> *praem.* pA quandam] quemdam pA 162 Adam] ab<raam?> *praem.* pA 163 petens] dub<itans> *praem.* pA 172 temporalis] *licet etiam legere* corporalis 190 que fecit *sup. lin.* eius *sup. lin.* 191 que dedit *sup. lin.* 192 iij] iiij pA

156 quasi] dicat *add.* 157 incusandum] accusandum 158 iudiceris] uidearis (-F) Iob... etc. (*integram lineam* A) *om.* α(-F) 161 possent] posset 162 Adam Gen.iij *om.* 165 xxj] 11 166 interneccionem] -nitionem 170-193 *Cf. Praef.* p. 65* (App. 1) 170-188 *Ante* Vos testes (lin. 78) *inserta* 179 etc.] comburet (Deut. xxxii[23]) 189-193 *Hic in fine cap. inserta*

158 Iob xxxiii[22] 163 Gen. iii[17]. 164 Gen. xv[8]. 165 Rectius Num. xx[13,24]. 166 id est...permisi : *Glossa interlin.* 167 omnes...Iosue : cf. Num. xiv[28-30] ut refert Hugo. 168 Ps. cv[6]. 170 liberat...ab igne : cf. vers. 2. 171 Iob xxxi[12]. consumptionem : ita Thomas *Super Iob* cap.21, 148 cum Ω[MS]. 172 Ps. xvi[8]. 173 Matth. xxv[41] « Discedite a me maledicti » Ω *Clem.* 174 Deut. xxxii[23]. 176 I Cor. vii[8]. 177 Is. xiii[8]. 178 Ps. cv[18]. 179 Ps. xvii[8]. 180 Liberat...ab aquis : cf. vers. 2 et lin. 24-25. 181 Prov. ix[17]. 183 Exod. xv[10]. 185 Ps. lxviii[3]. 187 Cf. Apoc. xvii[1]. 189 Reduc... : cf. vers. 26 et lin. 155. 190 Ps. civ[6]. 191 Eccli. li[11]. 192 Thren. iii[19]. 193 Ps. cii[18] « et memores sunt » Ω; cf. Iudith viii[21].

CAPITVLVM XLIV

[1] Et nunc audi Iacob serue meus et Israel quem elegi. [2] Hec dicit Dominus faciens et formans te, ab utero auxiliator tuus : Noli timere serue meus Iacob et rectissime quem elegi. [3] Effundam enim aquas super sitientem et fluenta super aridam. Effundam spiritum meum super semen tuum et benedictionem meam super stirpem tuam. [4] Et germinabunt inter herbas, quasi salices iuxta preterfluentes aquas. [5] Iste dicet : Domini ego sum, et ille uocabit in nomine Iacob, et hic scribet in manu sua : Domino, et in nomine Israel assimilabitur. [6] Hec dicit Dominus rex Israel et redemptor eius, Dominus exercituum. Ego primus et ego nouissimus, et absque me non est deus. [7] Quis similis mei? Vocet et annuntiet et ordinem exponat michi ex quo constitui populum antiquum ; uentura et que futura sunt annuntiet eis.

§ *Et nunc audi Iacob* etc. Hic tertio confortat eos ex ydolorum uilitate, ne forte crederent per ea posse diuinas promissiones impediri. Et diuiditur in duo : in prima excludit timorem, in secunda ostendit ydolorum uilitatem, ibi *Hec dicit Dominus rex* etc.

Circa primum tria. Primo excitat attentionem : *audi Iacob quem elegi*, reprobato Esau, Mal. primo « Iacob dilexi » etc. Secundo excludit timorem : *Hec dicit Dominus* etc., *formans te*, infra xlix « Hec dicit Dominus formans me » etc. ; *rectissime*, quod sonat hoc nomen Israel quantum ad ueram significationem, sed quasi per ethimologiam dicitur uir uidens Deum : is uir, rac uidens, hel deum. Tertio ponit promissionem, ibi | *Effundam enim* etc. *111 rb*

Et primo promittit diuinum beneficium quantum ad temporalia : *Effundam aquas*, id est consolationes, Ez. xxxvj « Effundam super uos aquam » etc. ; quantum ad spiritualia : *Effundam spiritum* etc., *benedictionem*, quantum ad donorum multiplicationem, Ioelis ii « Effundam de spiritu meo » etc. Secundo ponit beneficii fructum quantum ad bona temporalia : *Et germinabunt*, scilicet multiplicabuntur ex habundantia prosperitatis, sicut arbor ad multitudinem aque, supra xxxv « Germinans germinabit » etc., Ps. « Erit tamquam lignum » etc. Ponit etiam effectum donorum spiritualium : *Iste dicet*, quia quilibet se Deo subiectum confitebitur, *scribet* cantica *Domino*, id est ad honorem Domini ; uel *Domini*, scilicet ego sum, portans scripturam quod pertineat ad cultum Dei ; *assimilabitur* alienigena in colendo Deum, uel : erit strenuus sicut Iacob, Ier. iij « Patrem uocabis » etc.

§ *Hec dicit Dominus* etc. Hic ostendit ydolorum uilitatem. Et circa hoc tria facit : primo ostendit ydolorum defectum, secundo ex hoc reuocat eos ad suum cultum : *Memento horum* etc., tertio promittit colentibus se liberationis beneficium : *Hec dicit Dominus redemptor* etc. Circa primum duo : primo arguit contra ydola ex diuina operatione, secundo ex ydolorum formatione, ibi *Quis formauit* etc. Circa primum duo : primo proponit sue diuinitatis singularitatem : *Ego primus* etc., Apoc. primo « Ego sum alpha » etc. ; secundo adhibet probationem : *Quis similis* etc.

Et circa hoc tria facit. Primo proponit diuinum actum in annuntiando futura et ordinem preteritorum : *Vocet*, predestinando etc., Eccli. xxiij

1 Et] hec dicit dominus faciens etc. Et nunc serue m<eus> *praem.* pA 3 ea] eos *praem.* pA 10 Hec[2]] dominus *praem.* pA 15 Effundam] et *praem.* pA 17 quantum ad *bis* A 24 temporalia] spiritua<lia> *praem.* pA 35 uocabis] inuocabis pA 37 uilitatem] defectum *praem.* pA 48 Primo] pro *praem.* pA

1 Iacob etc. *om.* 2 per ea posse] quod per ea possent 3 impediri] -ire (-F) 5 ibi *om.* 6 rex etc. *om.* 9 etc.] Esau autem odio habui 12 ueram] nominis 15 ibi...etc.] effundam 20 etc.] mundam 23 etc.] super omnem carnem 27 etc.] exultabit letabunda et laudans 27 Ps....etc. *om.* α(-F) 29 dicet] dicit 32 pertineat] -net 35 etc.] me et post me ingredi non cessabis 39 Memento...etc.] mementote 41 redemptor etc. *om.* 42 duo] facit *add.* 43 ibi *om.* 44 duo] facit *add.* 45 etc.] sum 46 etc.] et Ω principium et finis 48 facit *om.* 50 Vocet] non nouerim

5 Vers. 6. 8 Mal. 1[2] ut Rom. IX[13] ; « dilexi Iacob » Ω *Clem.* 10 Is. XLIX[6]. 11-13 quod...significationem : cf. *Glossa marg.* ex Hier. (435 D ; 497), ipse Thomas *Super Iob.* I[17]. 13-15 quasi...hel deum : cf. *Glossa marg.* super Gen. XXXII[28] ex Hier. *Hebraicae quaest. in Gen.* (PL 23, 988 B-C ; CCL 72, 41). 19 Ez. XXXVI[35]. 22 Ioel II[28] ut refertur Act. II[17,18] et plerumque apud Thomam, e.g. *Contra Gent.* IV c.16 et 23 ; « effundam spiritum meum » Ω *Clem.* 27 Is. XXXV[6]. Ps. I[3]. 31 uel...sum : cf. *Glossa interlin.* 34 uel...Iacob : cf. Hugo. 34 Ier. III[19]. 39 Vers. 21. 41 Vers. 24. 43 Vers. 10. 46 Apoc. I[8]. 50 Eccli. XXIII[29].

[8] Nolite timere neque conturbemini; ex tunc audire te feci et annuntiaui, uos estis testes mei. Nunquid est deus absque me et formator quem ego non nouerim? [9] Plaste ydoli omnes nichil sunt, et amantissima eorum non proderunt eis. Ipsi sunt testes eorum, qui non uident neque intelligunt, ut confundantur. [10] Quis formauit deum et sculptile conflauit ad nichil utile? [11] Ecce omnes participes eius confundentur, fabri enim sunt ex hominibus; conuenient omnes, stabunt et pauebunt et confundentur simul. [12] Faber ferrarius lima operatus est, in prunis et in malleis formauit illud et operatus est in brachio fortitudinis sue; esuriet et deficiet, non bibet aquam et lassescet. [13] Artifex lignarius extendit normam, formauit illud in runcina, fecit illud in angularibus et in circino tornauit illud, et fecit ymaginem uiri quasi speciosum hominem habitantem in domo. [14] Succidit cedros, tulit ilicem et quercum que steterat inter ligna saltus; plantauit pinum quam pluuia nutriuit, [15] et facta est hominibus in focum; sumpsit ex eis et calefactus est et succendit et coxit panes; de reliquo autem operatus est deum et adorauit, et fecit sculptile et curuatus est ante illud.

« Domino Deo antequam crearentur » etc. Secundo assignat sue diuinitatis signum testibus confirmatum : *Nolite timere*, quasi : Ne sollicitemini pro me, quasi deficiam in probatione mee diuinitatis, infra xlix « Audita feci tibi noua » etc. Tertio concludit ydolorum defectum : *Numquid est* etc., et primo proponit questionem : *absque me*, Deut. xxxij « Videte quod ego sum solus » etc.; secundo ostendit testium inydoneitatem : *Plaste ydoli*, id est factores eorum, *nichil sunt*, nullius potentie, supra xl « Omnes gentes quasi non sint » etc., uel quia intentionem suam non consequuntur, uolentes suis manibus deum fingere, sicut etiam « ydolum nichil est », prima Cor. viij, Iob xviij « Habitent in tabernaculo » etc., *amantissima*, ydola que sunt uel magis ueneranda uel ex pretiosiori materia; tertio ostendit testimonii falsitatem : *Ipsi testes, qui non uident*, scilicet ydolorum, dicentes ea esse deos, Prou. xix « Testis falsus » etc.

§ *Quis formauit* etc. Hic ostendit quod non sunt dii ex eorum formatione. Et circa hoc duo facit : primo proponit formationem ad excludendam diuinitatem, secundo formationis modum ad ostendendum uilitatem : *Faber ferrarius* etc. Circa primum duo. Primo proponit formationem, intendens hanc rationem : quod factum est ab homine non est Deus etc.; *Quis?*, quasi dicat : nullus, *ad nichil* aliud *utile*, Baruc ult. « Ipsi qui ea faciunt » etc. Secundo predicit operantium confusionem : *Ecce omnes participes* ydolorum cultus, *cum uenient* ad iudicium, | *stabunt*, quasi iudicandi; *ex hominibus*, id est de numero hominum, Ps. « Confundantur omnes qui adorant » etc. 111 va

§ *Faber ferrarius* etc. Hic ostendit eorum uilitatem, ut non solum non sint dii, sed quedam uilia. Et primo proponit modum quantum ad ydola que fiebant de metallis : *in brachio fortitudinis*, id est fortes ictus percutiens, *esuriet et deficiet*, quasi diceret : deus quem facit non potest sibi succurrere, qui tamen factori suo maxime tenetur, supra xlprimo « Confortauit faber » etc. Secundo quantum ad ea que fiebant de lignis : *Artifex lignarius*. Et primo ostendit ydoli uilitatem, ponens causam efficientem cum instrumentis suis : *normam*, regulam ad rectificanda ligna, *runcina*, instrumentum recuruum ex latere ad cauandum ligna, *in angularibus*, id est in figura quadrangula, uel est instrumentum ad huiusmodi figuras faciendas, *circino*, id est torno; quantum ad causam formalem : *et fecit ymaginem* etc.; quantum ad materialem : *Succidit cedros* etc., qua etiam ad uiles usus

51 crearentur] -aretur A 52 testibus] con *praem.* pA 56 defectum] dest<ructionem> *praem.* pA 60 factores] for<matores> *praem.* pA 67 ex *sup. lin.* 71 Quis] hic *praem.* pA 74 ad *sup. lin.* 80 Secundo] sig<nificat(?)> *add.* pA predicit *sup. lin.*] imprecatur operantibus confusionem pA 85 ferrarius *coni.* (*cf. supra lin.* 75)] lignarius A 86 sint] sit A 91 tenetur] secundo quantum ad illa *add.* pA 98 quadrangula] et est *add.* pA uel est *bis* A 102 qua] que pA usus] est *add.* pA

51 antequam...etc.] nostro omnia sunt agnita antequam fierent 53 quasi] dicat *add.* 54 in *om.* 55 infra...etc. *om.* α(-F) feci tibi] fecit F (*def. cet.*) 58 etc.] et non sit alius deus preter me 59 inydoneitatem] ydoneitatem 61 supra...etc. *om.* α(-F) 64 prima...etc. (*integram lineam* A) *om.*α(-F) 65 Habitent] -tet F (*def. cet.*) 68 qui] quia 69 Prou....etc. *om.* α(-F) 70 Testis falsus] fluminis testis F (*def. cet.*) 75 ostendendum] -dam 76 duo] facit *add.* 80 etc.] non sunt multi temporis 81 participes] principes eius 82 uenient] uenerit 84 etc.] sculptilia 85 ferrarius] lignarius F (*cf.* A) lima *add. cet.* 88 fortitudinis] suo 92 Confortauit] -abit 92 etc.] ferrarius percutiens eum malleo 93 de lignis *om.* 96 rectificanda] -dum runcina] in *praem.* 98 quadrangula] -ulata

55 Rectius XLVIII[6]. 58 Deut. XXXII[39]. 61 Is. XL[17]. 64 Cf. I Cor. VIII[4]. 65 Iob XVIII[16]. 69 Prov. XIX[5]. 79 Bar. VI[16]. 82 cum uenient *cum* Ω^{MS}. 83 Ps. XCVI[7]. 92 Is. XLI[7] cum ΩJ^{M}; « confortabit » Ω^{S} *Vulg.* et supra cap. 41, 50.

16 Medium eius combussit igni et de medio eius carnes coxit et comedit; coxit pulmentum et saturatus est et calefactus est, et dixit: Vah 7 calefactus sum, uidi focum; 17 reliquum autem eius deum fecit et sculptile sibi; curuatur ante illud et adorat illud et obsecrat dicens: Libera me, quia deus meus es tu. 18 Nescierunt neque intellexerunt; obliti enim sunt ne uideant oculi eorum et ne intelligant corde suo. 19 Non recogitant in mente sua neque cognoscunt neque sentiunt ut dicant: Medietatem eius combussi igne et coxi super carbones eius panes, et coxi carnes et comedi et de reliquo eius ydolum faciam, ante truncum ligni procidam. 20 Pars eius cinis est; cor insipiens adorabit illud et non liberabit animam suam neque dicet: Forte mendacium est in dextera mea. 21 Memento horum Iacob et Israel, quoniam seruus meus es tu, formaui te; seruus meus es tu Israel, non obliuiscеris mei. 22 Deleui ut nubem iniquitates tuas et quasi nebulam peccata tua: reuertere ad me, quoniam redemi te. 23 Laudate celi, quoniam fecit Dominus; iubilate extrema terre; resonate montes laudationem, saltus et omne lignum eius, quoniam redemit Dominus Iacob et Israel glorificabitur. 24 Hec dicit Dominus redemptor tuus et formator tuus ex utero: Ego sum Dominus faciens omnia, extendens celos solus, stabiliens terram, et nullus mecum, 25 irrita faciens signa diuinorum et ariolos in furorem uertens, conuertens sapientes retrorsum et scientiam eorum stultam faciens, 26 suscitans uerbum serui sui, et consilium nuntiorum suorum complens; qui dico Ierusalem: Habitaberis, et ciuitatibus Iuda: Edificabimini, et deserta eius suscitabo; 27 qui dico profundo: Desolare, et flumina tua arefaciam;

utitur, Ier. x « Lignum de saltu precidit » etc. Secundo ostendit artificis cecitatem: *Nescierunt.* *Pars eius*, ligni de quo factum est ydolum, iam *est cinis*, quia combustum; *Forte*, forsitan, *in dextera mea*, id est in operatione, Sap. xiij « Non erubescit loqui » etc.

§ *Memento horum* etc. Hic reuocat eos ad suum cultum. Et primo assignat rationem, proponens seruitutis debitum: *Memento horum*, id est recogita uilitatem ydolorum, *seruus* etc., Ier. lprimo « Non sicut hec, pars Iacob » etc.; et quantum ad prestitum beneficium, uel promissum: *Deleui*, uel delebo, *ut nubem*, id est facile, Sap. ij « Transiet uita nostra » etc. Secundo ponit reuocationem: reuertere etc., Ier. iij « Reuertere ad me » etc. Tertio pro reuersione inuitat totam creaturam ad gratiarum actionem: *iubilate extrema* etc., Ps. « Laudent illum celi et terra, mare » etc.

§ *Hec dicit Dominus*. Hic reuertentibus ad se promittit liberationis beneficium. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit liberantis potestatem per beneficia que eis contulit: *redemptor* a malis, et *formator* in bonis, infra xlix « Hec dicit Dominus formans me » etc.; quantum ad creaturas quas fecit: *Ego sum Dominus* etc., Ier. x « Facit terram in fortitudine » etc.; quantum ad sapientes quos infatuauit, quorum quidam profitebantur se scire diuina: *irrita faciens*, Ier. l « Gladius ad diuinos » etc., quidam de rebus mundanis: *conuertens sapientes* etc., prima Cor. primo « Nonne stultam fecit Deus » etc.; etiam quantum ad promissorum impletionem: *suscitans*, implens, *serui*, prophete, uel Moysi, uel Christi, Eccli. xxxvj « Suscita predicatores » etc. Secundo promittit liberationem, primo quantum ad urbium reedificationem: *qui dico Ierusalem* etc., Ps. « Edificabuntur ciuitates » etc.; secundo quantum ad hostium destructionem: *qui dico profundo*, id est mari, scilicet Babiloni, unde supra xxprimo « Onus deserti maris », supra xix « Arescet aqua

110 primo] commemorat beneficiorum collationem quantum ad exaltationem in bonis *add.* pA 114 uel delebo] uel bo A 115 facile] faciliter pA 118 reuersione] -ionem A 126 quas] que pA 129 quos] quo A infatuauit] destruxit *praem.* pA 132 Nonne] perdam sapientiam *praem.* pA 137 primo] quantum ad *praem.* pA 139 ciuitates] -tatem pA

103 utitur] utuntur (-F) etc.] opus manuum 105 iam est *om.* 107 Sap. xiij] ier. xvj 108 etc.] Nota super illo uerbo effundam... (*cf. infra* 150-159) 109 horum etc. *om.* 111 horum *om.* 113 sicut] sit 115 nubem] umbra 117 ad me etc.] aduersatrix israel ad me ait dominus et non auertam faciem meam a uobis (Ier. III[12]) 120 etc.] et omnia que in eis sunt 126 etc.] ex utero seruum sibi 127 Facit] fecit 133 etc.] sapientiam huius mundi 135 Eccli....etc. *om.* α(-F) 136 predicatores *om.* F (*def. cet.*) 139 etc.] iude 141 supra. xxj...etc. *om.* F 142 supra xix...etc. *om.* α(-F) Arescet] stet F (*def. cet.*)

103 Ier. X[3]. 107 Sap. XIII[17]. 112 Ier. LI[19]. 114 uel delebo : cf. Hugo et Haymo (940 C). 115 Sap. II[2]. 117 Ier. III[1]. 119 Ps. LXVIII[35]. 125 Is. XLIX[5]. 127 Ier. X[12]. 130 Ier. L[38]. 132 I Cor. I[20]. 135 uel Christi : cf. *Glossa interlin.* Eccli. XXXVI[17]. 136 predicatores : « predicationes » *Clem.* « precationes » Ω *Vulg.* 138 Ps. LXVIII[36]. 141 Is. XXI[1]. 142 Is. XIX[1].

28 qui dico Cyro : Pastor meus es, et omnem uoluntatem meam complebis ; qui dico Ierusalem : Edificaberis, et templo : Fundaberis.

111 vb de mari » etc. ; tertio | quantum ad liberantis exaltationem : *qui dico Ciro : Pastor*, pascens oues meas, Ez. xxxiiij « Et pascet eas et erit eis » etc. ; quarto quantum ad templi reintegrationem : *qui dico Ierusalem* etc., *Fundaberis*, quia eius tempore sola fundamenta iacta sunt, Ier. xxx « Edificabitur iterum Ierusalem » etc.

111 r marg. inf.

Datur Spiritus
incipientibus in principium uiuificationis, Ez. xxxvij « Ingressus est in ea » etc.,
in lauacrum renouationis, Tit. iij « Per lauacrum renouationis » etc.,
in priuilegium adoptionis, Ro. viij « Accepistis Spiritum » etc. ;
proficientibus ad instruendum intellectum, Io. xiiij « Paraclitus Spiritus Sanctus » etc.,
ad reficiendum affectum, Eccli. xxiiij « Spiritus meus super mel » etc.,
ad adiuuandum actum, Ro. viij « Spiritus adiuuat infirmitatem » etc. ;
perfectis quasi beneficium libertatis, secunda Cor. iij « Vbi Spiritus Domini » etc.,
quasi uinculum unitatis, Eph. iiij « Solliciti seruare » etc.,
quasi pignus hereditatis, Eph. primo « Signati estis » etc.

Sancti sunt
electi per predestinationem, Eph. primo « Elegit nos » etc.,
formati per gratie infusionem, Gen. primo « Formauit Dominus » etc.,
recti per dilectionem, Cant. primo « Recti diligunt » etc.,
serui per debitum operationis, Luce xvj « Serui inutiles » etc.

143 tertio *bis* A 144 exaltationem] preparatione<m> *praem.* pA 145 eas] eos pA 154 instruendum] illuminandum *praem.* pA 155 xxiiij *sup. lin.*] xxxiiij pA 159 Signati] -atis A 164 inutiles *infra lin. add.* A

145 et...etc.] uentus urens 150-164 *Cf. Praef.* p. 65* (App. 1) 150-159 *Ante* Memento horum (*lin.* 100) *inserta* 153 Accepistis] non *praem.* 160-164 *Infra ante* Ve qui (cap. 45, 83) *inserta*

145 Ez. xxxiv[22]. 147 quia...sunt : cf. *Glossa interlin.* ex Hier. (440 B ; 503). 148 Cf. Ier. xxx[18] et Dan. ix[25]. 150 Datur Spiritus : cf. vers. 3 et lin. 20. 151 Ez. xxxvii[10]. 152 Tit. iii[5]. 153 Rom. viii[15]. 154 Ioh. xiv[26]. 155 Eccli. xxiv[27]. 156 Rom. viii[26]. 157 II Cor. iii[17]. 158 Eph. iv[3]. 159 Eph. i[13]. 160 Sancti...electi : cf. lin. 50 et vers. 7. 161 Eph. i[4]. 162 Rectius Gen. ii[7] ; cf. supra cap. 43, 20. 163 Cant. i[2]. 164 Rectius Luc. xvii[10].

CAPITVLVM XLV

[1] Hec dicit Dominus christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram ut subiciam ante faciem eius gentes et dorsa regum uertam et aperiam ante eum ianuas et porte non claudentur : [2] Ego ante te ibo et gloriosos terre humiliabo ; portas ereas conteram et uectes ferreos confringam. [3] Et dabo tibi thesauros absconditos et archana secretorum, ut scias quia ego Dominus qui uoco nomen tuum Deus Israel, [4] propter seruum meum Iacob et Israel electum meum, et uocaui te in nomine tuo, assimilaui te et non cognouisti me. [5] Ego Dominus, et non est amplius, extra me non est deus ; accinxi te, et non cognouisti me ; [6] ut sciant hii qui ab ortu solis et qui ab occidente, quoniam absque me non est deus.

§ *Hec dicit Dominus christo meo* etc. Postquam confortauit eos ad firmam expectationem diuinorum promissorum, in parte ista incipit prosequi diuinas promissiones ad eorum consolationem. Et diuiditur in duas : in prima promittit liberationem a malis, in secunda promittit saluationem in bonis, lvj cap. *Hec dicit Dominus : custodite iudicium* etc. Prima in duas : in prima promittit eis liberationis beneficium, in secunda excludit omne liberationis impedimentum, l cap. *Hec dicit Dominus* : *Quis est hic libellus* etc. Prima diuiditur in tres : in prima presignat eis liberatorem ; in secunda predicit captiuantium et detinentium destructionem, xlvj : *Confractus est Bel* etc. ; in tertia promittit Iudeorum liberationem xlviij cap. *Audite hoc domus* etc. Prima in duas : in prima prenuntiat liberatorem, in secunda ostendit consequentem utilitatem : *Hec dicit Dominus Sanctus Israel* etc. Prima in tres : in prima predicit liberatoris potestatem, in secunda describit ipsius natiuitatem : *Rorate celi* etc., in tertia refellit incredulorum contradictionem, ibi *Ve qui contradicit* etc.

Circa primum duo. Primo ponit potentie fastigium ad quod exaltatus fuit, contra tria que solent euadere manus regis. Vel propter multitudinem, et quantum ad hoc dicit : *christo*, id est regi, non propter unctionem sed propter regiam dignitatem, quia apud eos reges inungebantur ; *appreendi dexteram*, quasi auxiliator operum ipsius, *gentes* diuersas etc., Deut. xxviij « Dabit Dominus inimicos » etc. Vel propter fortitudinem, et quantum ad hoc dicit : *Ego ante te ibo*, parans uictorie tue locum, immittendo terrorem tuum in aduersariis, *gloriosos*, potentes supra alios sicut Babilonios, *portas ereas*, potentissimas ciuitates, Ps. « Qui contriuit portas ereas » etc. Vel propter absconsionem, et quantum ad hoc dicit : *Et dabo tibi thesauros* diuersorum regum, quorum ciuitates cepit, Iob xij « Reuelat profunda de tenebris » etc.

Secundo ponit huius beneficii fructum. Et primo in ipso, secundo in aliis : *ut sciant hii qui ab ortu* etc. Circa primum duo. Primo ponit potestatis fructum a Deo requisitum in Ciro, scilicet sue cognitionis : *ut scias quia ego* etc., Ro. iiij « Qui uocat ea que non sunt » etc., et populi liberationis : *propter seruum meum* etc., ut scilicet liberes eum de captiuitate, Hester iij « Quis nouit an idcirco ad regnum » etc. Secundo ostendit istud beneficium ex parte ipsius Ciri ex parte esse frustratum : *et uocaui*, predicendo nomen tuum, *assimilaui* in hoc aliis sanctis uiris, quorum nomina prius a Domino predicta sunt ; *non cognouisti me* esse tantum Deum uerum, permanens in ydolatria ; *accinxi*, fortitudine etc., Prou. primo « Vocaui et renuistis » etc.

§ *Vt sciant*. Hic ostendit fructum in aliis. Et primo ostendit quod in aliis querit sue cogni-

2 eos] ad firmiter *add.* pA 10 omne] omnem pA 20 predicit] describit *praem.* pA 32 fortitudinem] et gl<oriam(?)> *add.* pA 49 nouit] etc. *add.* pA 52 aliis] iust<is> *add.* pA uiris] *licet etiam legere* meis 55 ydolatria] ydol' A 57 Hic] hic exponit fructum quem in aliis querit.scilicet suum *praem.* pA 58 sue cognitionis *bis* A

1 etc.] ciro 2 diuinorum promissionum *inv.* 7 custodite...etc. *om.* 11 hic...etc. *om.* 12 diuiditur *om.* 15 promittit] etiam *add.* 16 domus etc. *om.* 32 etc.] uestros in manus uestras (I Par. xxii[18]) 33 ante te ibo] ambo 34 in *om.* 39 regum] regnorum 40 etc.] et abscondita producit in lucem (Iob xxviii[11]) 41 huius *om.* 43 ortu etc.] oriente 46 Qui *om.* non *om.* 48 Hester... etc.] hester 3 F *om. cet.* 51 esse *om.* 55 ydolatria] ydolis (*cf.* A) 56 renuistis etc.] renuisti accipere disciplinam (*cf.* Ier. v[3])

18 Vers. 11. 21 Vers. 8. 22 Vers. 9. 31 Deut. xxviii[7]. 37 Ps. cvi[16]. 40 Iob xii[22]. 46 Rom. iv[19]. 48 Rectius Esther iv[14]. 55 Prov. i[24].

Ego Dominus, et non est alter deus, [7] formans lucem et creans tenebras, faciens pacem et creans malum : ego Dominus faciens omnia hec. [8] Rorate celi desuper et nubes pluant iustum, aperiatur terra et germinet saluatorem, et iustitia oriatur simul : ego Dominus creaui eum. [9] Ve qui contradicit fictori suo, testa de samiis terre ! Nunquid dicit lutum figulo suo : Quid facis, et opus tuum absque manibus est ? [10] Ve qui dicit patri : Quid generas ? et mulieri : quid parturis ? [11] Hec dicit Dominus sanctus Israel, plastes eius : Ventura interrogate me super filios meos et super opera manuum mearum mandate michi. [12] Ego feci terram et hominem super eam creaui ego, manus mee extenderunt celos, et omni militie eorum mandaui. [13] Ego suscitaui eum ad iustitiam et omnes uias eius dirigam.

112 ra tionis | fructum : *qui ab ortu*, id est habitantes per totum mundum, quod completum fuit in hoc quod Cirus epistolis suis laudem Dei scripsit ubique ; uel quia omnes Deum collaudauerunt uidentes Iudeorum liberationem, Ps. « Sciant quoniam nomen tibi » etc. Secundo proponit sue deitatis argumentum, quo cognosci potest in hoc quod potest affligere et liberare : *Ego Dominus* etc. ; *lucem*, diem uel consolationem ; *malum*, pene, Amos iij « Si est malum in ciuitate » etc., Eccli. xlij « Omnia fecit Deus duplicia » etc.

§ *Rorate*. Hic describit natiuitatem Ciri sub metaphora fructus arboris, ad cuius generationem requiritur humor terre et pluuia et ros de celo ; ita in natiuitate Ciri concurrit diuina misericordia, intendens populum suum per eum liberare, et inferior natura que significatur. Vnde tria facit : describit ortum : *Rorate* ; natiuitatis fructum : *et iustitia oriatur* ; et primum natiuitatis principium : *ego Dominus* etc. *Pluant iustum*, neutraliter uel masculine. Vel per celum et nubes : prophete et alii iusti, qui ipsum prenuntiando et lacrimis a Deo poscendo, quodammodo ipsum pluerunt, Ps. « Descendet sicut pluuia » etc.

§ *Ve qui contradicit*. Hic excludit infidelium contradictionem. Et primo sub metaphora artificis lutum fingentis, quia sicut lutum non contradicit figulo, ita nec Iudei deberent Deo contradicere, non credentes aliquem posse consurgere qui Babilonios superaret ; *de samiis*, uasis fictilibus, quia huiusmodi ars in Samos ciuitate inuenta est ; *absque manibus*, quasi : absque recta operatione manus, uel sicut lagene manus habent, supra xxix « Quasi si lutum contra figulum » etc., Ro. ix « Numquid dicet figmentum » etc. Secundo sub metaphora patris generantis : *Ve qui dicit*, quasi : Ego sum pater procreans Cirum, et sicut mater concipiens ipsum in proposito, et ideo non debetis in hoc michi contradicere, sicut nec matri generanti, infra « Numquid ego qui alios parere » etc. ; uel loquitur contra illos diuinos qui ex ortu Ciri multa pronuntiabant mala futura, dicentes : melius esset si non nasceretur ; uel contra illos de Iudeis qui dicebant : Ad quid generamus filios ut in captiuitatem nascantur ?

§ *Hec dicit Dominus* etc. Hic ponit liberatoris utilitatem. Et primo quantum ad liberationem Iudeorum, secundo quantum ad conuersionem gentium : *Quia hec dicit Dominus* etc. Circa primum tria. Primo ostendit suam ad predicendum futura actoritatem : *eius*, scilicet Ciri, *plastes*, factor, *super filios*, Iudeos liberandos, uel alios quoscumque uolo nascituros, et non ydola, supra viij « Numquid non populus » etc. Sed Glosa legit yronice.

Secundo predicit liberationem, ostendens suam potestatem, qui promittit : *Ego feci* ; *militie eorum*, scilicet celorum, *mandaui*, prefigendo cuilibet suum officium et naturam, supra xl « Qui educit in numero militiam eorum » etc. ; et exequentis directionem : | *Ego suscitaui*, ad dignitatem, *eum*, Cirum, preteritum pro futuro, *ad iustitiam* facien- *112 rb*

64 proponit] ad *add.* pA 65 deitatis *sup. lin.*] cognitionis pA 66 liberare] con *praem.* pA 67 consolationem] -ione A 72 humor] su<...> *praem.* pA 87 non] contra *add.* pA 88 superaret] -rare pA 99 illos] qui *add.* pA 113 yronice *cont.*] yr̄r̄ A 119 directionem *sup. lin.*] potestatem pA 119 dignitatem] -tate A

59 ortu] oriente 64 etc.] dominus 65 deitatis] diuinitatis quo] quod 67 uel consolationem] in consolatione (*cf.* A) 68 Si] non etc.] quod dominus non fecerit 69 Deus] dominus etc.] unum contra unum 75 significatur] in terra *add.* 76 describit] enim *add.* 82 etc.] in uellus. Nota super illo uerbo israel... quod sancti... (*cf. supra* : cap. 44, 160-164) 87 aliquem] *post* posse F *om. cet.* 91 supra...etc. *om.* α(-F) 92 si *om.* F (*def. cet.*) ix] x 93 etc.] ei qui fecit illud 94 dicit] patri *add.* quasi] quia (-F) 95 procreans] creans 98 etc.] facio sterilis ero 101 esset] esse 109 eius] ego (-F) 110 filios] meos *add.* 111 supra...etc. *om.* α(-F) 112 Sed...yronice *om.* 116 prefigendo] presignando cuilibet *om.* α(-F)

61 Cirus...ubique : cf. I Esdr. 1[1-4]. 63 Ps. LXXXII[19] sec. Psalt. rom. ; « Cognoscant... » Ω. 68 Amos III[6] sicut habet Thomas *Contra Gent.* II c. 41 et alibi ; « Si erit.. » Ω *Clem.* 68 Cf. Eccli. XLII[24]. 82 Ps. LXXI[6]. 91 Is. XXIX[16] cum Ω ; « quasi lutum... » *Vulg.* 92 Rom. IX[20]. 98 Is. LXVI[9]. 99-101 uel...nasceretur : cf. Hugo. 107 Vers. 18. 111 Is. VIII[18]. 112 *Glossa interlin.* 117 Is. XL[28]. 120 Cirum : sic Hugo cum Andrea ; de Christo intelligunt Guerricus, Glossa, Haymo(944 B) et Hier.(445 C ; 509).

Ipse edificabit ciuitatem meam et captiuitatem meam dimittet, non in pretio neque in muneribus, dicit Dominus exercituum. [14] Hec dicit Dominus Deus : Labor Egypti et negotiatio Ethiopie et Sabaim uiri sublimes ad te transibunt et tui erunt ; post te ambulabunt, uincti manicis pergent et te adorabunt teque deprecabuntur. Tantum in te est Deus et non est absque te deus ; [15] uere tu es Deus absconditus, Deus Israel saluator. [16] Confusi sunt et erubuerunt omnes simul, abierunt in confusionem fabricatores errorum. [17] Israel saluatus est in Domino salute eterna ; non confundemini et non erubescetis usque in seculum seculi. [18] Quia hec dicit Dominus creans celos, ipse est Deus formans terram et faciens eam, ipse plastes eius. Non in uanum creauit eam, set ut habitetur formauit eam : ego Dominus, et non est alius. [19] Non in abscondito locutus sum, in loco terre tenebroso. Non dixi semini Iacob : Frustra querite me : ego Dominus loquens iustitiam, annuntians recta. [20] Congregamini et uenite et accedite simul qui saluati estis ex gentibus :

dam de Chaldeis, Prou. iij « In omnibus uiis tuis cogita » etc. ; et promittit liberationem : *Ipse*, scilicet Cirus, *edificabit*, promittens et dans expensas ad edificium, infra lii « Gratis uenundati estis » etc.

Tertio ibi *Hec dicit Dominus* etc., promittit liberatorum exaltationem quantum ad tria. Primo quantum ad alienorum adhesionem, ponens adhesionem : *Labor Egipti*, diuitie ipsorum, et ipsi quantum ad multos qui eos sequti fuerunt, Zach. viij « Appreendent decem homines » etc. ; uel loquitur de his qui Christo adheserunt ; *Labor* in ydolis cessabit, *negotiatio*, terrena ; et adherentium subiectionem : *post te ambulabunt*, tibi subiecti, *uincti manicis*, id est uinculis manuum, quasi : ita humiliati coram te sicut hii qui taliter ligati sunt ; uel uinculis preceptorum Christi, infra lx « Venient curui ad te » etc. ; et ponens etiam ueritatis confessionem : *Tantum in te*, scilicet hoc dicentes, *absconditus*, non uisibilis sicut dii nostri, *saluator*, non imbeccillis, Ps. « Posuit tenebras latibulum suum » etc. Secundo ostendit eorum exaltationem quantum ad hostium confusionem : *Confusi sunt* etc., Mich. ult. « Videbunt gentes » etc. Tertio quantum ad Iudeorum perpetuam salutem : *Israel saluatus, usque in seculum*, nisi peccauerit, uel de spirituali Israel, Soph. iij « Rex Israel Dominus » etc.

§ *Quia hec dicit Dominus*. Hic ponit aliam utilitatem quantum ad conuersionem gentium. Et circa hoc tria facit. Primo inducit quinque rationes inducentes ad conuersionem, quarum prima sumitur ex rerum creatione : *ipse Deus formans* etc., Ps. « Qui fecit celum et terram » etc. ; secunda ex hominum dilectione, quia dedit eis terram in habitaculum : *Non in uanum* etc., Ps. « Celum celi Domino » etc. ; tertia ex ueritatis predicate manifestatione : *Non in abscondito*, quasi ea que naturalis ratio dictat facienda, uel de predicatione fidei christiane, Io. xviij « Ego palam loqutus » etc. ; quarta ex preceptorum utilitate : *Non dixi semini* etc., Ps. « In custodiendis illis » etc. ; quinta ex preceptorum equitate : *ego Dominus* etc., infra liij « Ego qui loquor iustitiam » etc.

Secundo ibi *Congregamini*, iniungit Iudeis gentium uocationem, commemorans eorum salutem. *Congregamini*, quasi ad audiendum preceptum meum, *qui saluati*, liberati ex captiuitate gentium, infra ult. « Mittam ex eis qui saluati » etc. ; ponens etiam uocandi necessitatem, errorem scilicet gen-

123 expensas] impensas pA 127 ponens adhesionem *in marg.* 129 fuerunt] uel lo<quitur> *add.* pA 130 Zach.] appreend<ent> *praem.* pA 130 decem] x A 131 his qui *sup. lin.* 132 in *sup. lin.* 135 ita] tibi subiecti sicut *add.* pA 146 Israel] israeli pA 151 rationes] -ionem pA 156 Domino] -ini pA 160 quarta] -to pA preceptorum *sup. lin.*] obedientie pA 162 equitate *sup. lin.*] utilitate pA

122 etc.] illum et ipse diriget gressus tuos 123 edificabit] -auit promittens] permittens 124-126 infra...exaltationem *om.* F 124 etc.] et sine argento redimemini (*def.* F) 125 Tertio ibi] hic tertio *ante* promittit (*def.* F) 130 Zach....etc. *om.* α(-F) 134 uincti] iunctis (-F) 134 manicis] manibus 136 ligati sunt *om.* 137 infra...etc.] infra 63 mecum curret etc. F *om. cet.* et *om.* 140 nostri] uestri (F) 144 etc.] et confundentur super omni fortitudine sua 145 nisi peccauerit] ubi sic canitur 146 Israel] israeli (*cf.* A) 147 etc.] in medio tui non(*om.* Fπ) timebis malum ultra 153 formans etc. *om.* etc.] mare et que in eis sunt 156 etc.] terram autem dedit filiis hominum 158 naturalis ratio *inv.* 160 etc.] sum mundo quarta] -to 161 semini etc. *om.* 162 etc.] retributio multa 162 quinta] -to 163 liij] 17 F *spat. vac.* Bo *om.* π 164 etc.] et propugnator sum ad saluandum 165 Secundo ibi *om.* α(-F) 165 iniungit] hic *praem.* F hic 2° *praem. cet.* 168 ex] a 169 etc.] fuerint ad gentes in mare in africam et lidiam 170 uocandi necessitatem] uocandorum

121 Prov. III[8]. 123 promittens...edificium : cf. I Esdr. V[13] et VI[8-9]. 124 Is. LII[2]. 130 Zach. VIII[23]. 137 Is. LX[14] « Venient ad te curui » Ω et Thomas infra cap. 49, 175. 140 Ps. XVII[12]. 143 Mich. VII[16]. 146 Soph. III[15]. 153 Ps. CXLV[6]. 155 Ps. CXIII[16] et passim. 159 Ioh. XVIII[20]. 161 Ps. XVIII[12]. 163 Rectius Is. LXIII[1]. 169 Is. LXVI[19].

nescierunt qui leuant signum sculpture sue et rogant deum non saluantem ; [21] annuntiate et uenite et consiliamini simul. Quis auditum fecit hoc ab initio, ex tunc predixi illud ? Nunquid non ego Dominus, et non est ultra deus absque me ? Deus iustus et saluans non est preter me. [22] Conuertimini ad me, et salui eritis, omnes fines terre, quia ego Dominus, et non est alius. [23] In memet ipso iuraui ; egredietur de ore meo iustitie uerbum et non reuertetur, [24] quia michi curuabitur omne genu, et iurabit omnis lingua. [25] Ergo in Domino dicent : Mee sunt iustitie et imperium ; ad eum uenient et confundentur omnes qui repugnant ei. [26] In Domino iustificabitur et laudabitur omne semen Israel.

tium : *nescierunt qui leuant*, Baruc ult. « Videbitis in Babilonia deos » etc. ; iniungens sue laudis annuntiationem : *annuntiate*, in quo iniungit officium, *consiliamini* qualiter debeatis alios conuer-
112 va tere, | Ps. « Annuntiate inter gentes » etc. ; *Quis auditum*, in quo docet eos sue diuinitatis argumentum ad alios conuertendum, scilicet ex precognitione futurorum. Et ponit rationem et conclusionem, ibi *Numquid non*, ergo etc., Eccli. xlij « Annuntians que preterierunt » etc.

Tertio inuitat gentes ad conuersionem. Et primo ponitur inuitatio : *Conuertimini* etc., Zach. primo « Conuertimini ad me » etc. Secundo predicit conuersionem eorum, ponens signum adorationis : *In memet ipso*, quia non habeo maiorem per quem iurem, Hebr. vj ; *non reuertetur* sine effectu, infra lv « Sic erit uerbum » etc., *curuabitur* a christianis, qui est modus adorandi Redemptorem, secundum Damascenum, Phil. ij « In nomine Ihesu » etc. ; ponens etiam signum iurationis : *et iurabit*, quia unusquisque iurat in deo suo, Ps. « Laudabuntur omnes qui iurant » etc. ; ponens etiam signum uere confessionis : *Ergo in Domino*, id est in persona Domini ; *Mee*, scilicet Dei, Apoc. primo « Ipsi gloria et imperium » ; uel *Mee*, scilicet Ecclesie, *iustitie*, legis Iudeorum figure. Tertio predicit incredulorum confusionem : *ad eum uenient* quasi iudicandi, qui non uenient quasi credentes, in die iudicii. Quarto, credentium salutem : *In Domino iustificabitur omne semen*, non solum secundum carnem, sed secundum fidem, Ps. « Qui insurgunt in me confundantur » etc.

§ Mistice : *Rorate*, de Christi natiuitate. In quo tria : natiuitatis principium, nascentis ortum et natiuitatis fructum. Principium triplex. Primum celum rorans, quasi principium effectiuum, scilicet operatio trium personarum, propter quod pluraliter *celi* : Pater Filium mittendo, Gal. iiij « Quando uenit plenitudo » etc., Filius carnem assumendo, Phil. secundo « Humiliauit semet ipsum » etc., Spiritus Sanctus conceptionem faciendo, Mt. primo « Quod enim in ea natum est » etc. Secundum principium est nubes pluens, quod est principium preparatiuum, in quo accipitur annuntiantis angeli officium, Iob xxxvij « Nubes spargunt » etc., Luce primo ; prophetarum uaticinium, Ps. « Tenebrosa aqua » etc., Ro. primo « Ante promiserat per prophetas » etc. ; iustorum desiderium, Ps. « Ponis nubem ascensum », Mal. iij « Statim ueniet » etc. Tertium principium est terra germinans, quod est susceptiuum, scilicet Beata Virgo, de quo in Ps. « Terra nostra dabit » etc. ; cuius *aperiatur* affectus ad inueniendum gratie priuilegium, Luce primo « Ne timeas Maria » etc., Prou. ult. « Multe filie congregauerunt » etc., intellectus ad credendum angeli

176 docet] ponit *praem.* pA 177 alios] alio A 182 Zach.] in memetipso.quia non habeo alium maiorem.hebr.vj. non reuertetur.quin compleatur *praem.* pA 187 erit *bis* A 188 qui] quo pA 191 iurat] iurant A 196 Tertio] s *praem.* pA 202 in *in marg.* 203 Mistice *sup. lin.* 205 Primum *sup. lin.* 207 operatio] per *praem.* A 217 Ro. ...etc. *sup. lin.*] mal.iij.statim ueniet etc. pA

171 qui leuant *om.* 175 etc.] gloriam eius 176 auditum] hic ostendit *add.* 179 ibi *om.* non...etc. *om.* 183 etc.] ait dominus exercituum et ego conuertar ad uos 186 Hebr. vj *om.* α(-F) 187 etc.] meum quod egredietur de ore meo non reuertetur ad me uacuum 189 etc.] omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum 190 et *om.* 192 etc.] in eo 195 et imperium] in secula 195 uel *om.* Mee...Ecclesie *om.* α(-F) 196 figure] -ra 198 uenient] -iunt 203 Rorate] celi *add.* 204 tria] facit *add.* 205 triplex] est *praem.* 207 operatio] per opera(*cf.* A) pluraliter] dicitur *add.* 208 Quando] at ubi 210 etc.] factus obediens usque ad mortem 212 etc.] de spiritu sancto est 216 etc.] lumen suum que lustrant cuncta Luce primo *om.* α(-F) 217 etc.] in nubibus aeris 217 Ante] quod *praem.* 219 ascensum] tuum *add.* 220 etc.] ad templum sanctum dominator quem uos queritis et angelus testamenti quem uos uultis 221 terra] in terra(-F) 222 quo] qua 223 etc.] fructum suum 226 etc.] diuitias tu supergressa es uniuersas

171 Bar. VI[9]. 175 Ps. IX[12]. 179 Eccli. XLII[19]. 182 Zach. I[3]. 186 Hebr. VI[18]. Is. LV[11]. 189 *De fide orth.* IV c. 12 (PG 94, 1133 ; ed. Buytaert, p. 304), ut refert Thomas *II-II* q.84 a.2. Phil. II[10]. 191 Ps. LXII[12] cum Psalt. rom. et Ω. 194 Apoc. I[8]. 202 Ps. CVIII[28]. 208 Gal. IV[4]. 210 Phil. II[8]. 211 Matth. I[20]. 215 Iob XXXVII[11]. 216 Luc. I[11,26]. 217 Ps. XVII[12]. Rom. I[2]. 219 Ps. CIII[3]. Mal. III[1]. 222 Ps. LXXXIV[13]. 224 Luc. I[30]. 225 Prov. XXXI[29].

uerbum, Luce primo « Beata que credidisti » etc., uterus ad concipiendum Dei Filium : « Ecce concipies in utero » etc., Luce primo.

Sed ortus comparatur rori, pluuie et germini, quia Christus est ros ad refrigerandum, supra xviij « Sicut nubes roris » etc., pluuia ad fecundandum, Ps. « Descendit sicut pluuia » etc., infra lv « Quomodo imber et nix » etc., germen ad fructificandum, Ier. xxiij « Suscitabo Dauid » etc.

Fructus est iustitia que cum illo oritur, triplex : quam opere impleuit, M^{t}. iij « Sic decet nos » etc. ; quam sermone docuit, infra lxiij « Ego qui loquor » etc. ; quam in munere dedit, prima Cor. primo « Factus est nobis sapientia et sanctificatio et iustitia » etc.

228 uterus] -ris A 240 sapientia] iustitia *praem.* pA

227 etc.] perficientur in te que dicta sunt tibi 229 etc.] et paries filium Luce primo *ante* Ecce 232 etc.] in die messis 233 etc.] in uellus 233 infra ... etc. *om.* α(-F) 235 etc.] germen iustum 236 triplex] tripliciter 237 etc.] implere omnem iustitiam 238 lxiij] 62 239 etc.] iustitiam et propugnator sum ad saluandum

227 Luc. I^{46}. 229 Luc. I^{31}. 231 Is. XVIII^{4}. 233 Ps. LXXI^{6}. Is. LV^{10}. 235 Ier. XXIII^{5}. 237 Matth. III^{15}. 238 Is. LXIII^{1}. 240 I Cor. I^{30}.

CAPITVLVM XLVI

[1] Confractus est Bel, contritus est Nabo. Facta sunt simulacra eorum bestiis et iumentis, onera uestra graui pondere usque ad lassitudinem; [2] contabuerunt et contrita sunt simul, non potuerunt saluare portantem, et anima eorum in captiuitatem ibit. [3] Audite me domus Iacob et omne residuum domus Israel, qui portamini a meo utero, qui gestamini a mea uulua. [4] Vsque ad senectam ego ipse et usque ad canos ego portabo; ego feci et ego feram, et ego portabo et saluabo. [5] Cui assimilastis me et adequastis et comparastis me et fecistis similem? [6] Qui confertis aurum de sacculo et argentum statera ponderatis, conducentes aurificem ut faciat deum et procidunt et adorant. [7] Et portant illum in humeris gestantes et ponentes in loco suo, et stabit ac de loco non mouebitur.

112 vb

[1] *Confractus est Bel* etc. Hic predicit destructionem hostium eos captiuantium, scilicet Babiloniorum, quantum ad duo in quibus gloriabantur : primo quantum ad ydolorum destructionem, secundo quantum ad regni cessationem, infra xlvij : *Descende, sede in puluere*. Prima in duas. In prima predicit ydolorum Babilonis destructionem quantum ad confractionem statuarum : *Confractus est*, Ez. vj « Demoliar aras uestras » ; et quantum ad asportationem metallorum, quia Perse frusta auri et argenti secum detulerunt, ponens ex parte asportantium lassitudinis incommodum : *bestiis et iumentis*, scilicet equis et camelis in quibus metalla grauia deferebant, Ier. x « Portata tollentur », uel cultoribus uestris qui sunt bestie, ymagines bestiarum adorantes, Ier. xvj « Seruietis ibi diis alienis » etc. ; ponens subuentionis defectum ex parte ydolorum : *contabuerunt*, id est defecerunt, scilicet ydola, *portantem*, scilicet bestiam, uel colentem hominem se, Sap. xiiij « Quod factum est cum illo » etc. ; ponens etiam captiuitatis obprobrium : *et anima eorum*, scilicet ydolorum, metaphorice : id est numen eorum, uel gentilium, quia ydola sicut animam suam amabant, Osee x « Siquidem et ipse in Assur » etc.

Secundo reuocat Iudeos ad suam uenerationem, relictis ydolis : *Audite me*. Et primo reuocat eos ad suum cultum, secundo reuertentibus promittit liberationis beneficium : *annuntians ab exordio* etc. Circa primum tria. Primo ostendit eis suam dilectionem ex affectuosa supportatione : *a meo utero*, id est ita supportaui uos in mea misericordia affectuose, in deserto et in aliis locis in quibus contra me peccastis, sicut mater filium, Prou. xxx « Quid dilecte mi » etc., Iob xxxviij « De cuius utero » etc., Hebr. primo « Portans omnia uerbo » etc. ; ex supportationis continuitate : *Vsque ad senectam* uestram, id est usque ad finem mundi, Ps. « Vsque ad senectam et senium » etc. ; ex supportationis ratione : *ego feci* etc., dignum est ut qui fecit conseruet, Deut. xxxij « Expandit alas suas » etc. Secundo ostendit ydolorum uilitatem, ostendens operantium ydola fatuitatem, et quantum ad intentionem, quia uolunt aliquid equale Deo facere : *Cui assimilastis*, supra xl : idem ; et quantum ad operationem, quia conducebant artifices ad faciendum deum ex auro quod sicut auari in sacculis reposuerant : *Qui confertis* etc., Ier. x « Opus manus artificis » etc. ; ostendens etiam operum, scilicet ydolorum ipsorum, imbeccillitatem, quia per se nec moueri nec stare possunt : *portant illum* etc., Baruc ult.

2 Babiloniorum] bab. A 5 infra xlvij *in marg.* 7 ydolorum] ydol. A 10 frusta] frustra A 12 asportantium] exp *praem* pA 14 deferebant] -bat A 15 uestris *in marg.* 23 eorum] uel ydola *add.* pA 26 reuocat] eos ad su<am> *add.* pA 27 Audite] et primo *praem.* pA 27 reuocat] secundo reuert<entibus> *add.* pA 29 annuntians] etc. *add.* pA 32 supportaui] portaui pA 40 ratione] -nem A 47 faciendum *sup. lin.*] operandum pA

1 Bel etc. *om.* 6 puluere] uirgo filia Babilon *add.* 7 ydolorum] ydolis (*cf.* A) 9 uestras] et succidam lucos *add.*(*cf.* IV Reg. xviii[4]) 10 frusta] frustra (*cf.* A) 14 Ier. ...tollentur] ier.x.porro etc. F *om. cet.* 17 ibi *om.* etc.] ligno et lapide (*cf.* Deut. xxviii[36]) 20 Sap. ...etc.] sap.14.quod factum F *om. cet.* 25 etc.] delatus est munus regi ultori 35 etc.] uteri mei 36 etc.] egressa est glacies et de celo gelu quis genuit 37 etc.] uirtutis sue purgationem peccatorum faciens 42 etc.] et assumpsit eos atque portauit humeris suis 45 facere] facturum (-F) supra...idem *om.* α(-F) xl] 30 F 47 quod] quia 48 auari] aurum *add.* 49 manus] manuum etc.] uniuersa hec (*cf.* Ier. x[9])

9 Ez. vi[4]. 14 Ier. x[5]. 16 Ier. xvi[18]. 20 Sap. xiv[10]. 25 Os. x[6]. 29 annuntians... : vers. 10. 34 Rectius Prov. xxxi[2]. 35 Iob xxxviii[29]. 36 Hebr. i[1]. 39 Ps. lxx[18]. 41 Deut. xxxii[11]. 45 Is. xl[25]. 49 Ier. x[2]. 52 Bar. vi[2].

Set et cum clamauerint ad eum non audiet : de tribulatione non saluabit eos. [8] Mementote istud et fundamini ; redite preuaricatores ad cor ; [9] recordamini prioris seculi quoniam ego sum Deus, et non est ultra me deus, nec est similis mei, [10] annuntians ab exordio nouissimum et ab initio que necdum facta sunt ; dicens : Consilium meum stabit, et omnis uoluntas mea fiet ; [11] uocans ab oriente auem, et de terra longinqua uirum uoluntatis mee, et locutus sum et adducam illud, creaui et faciam illud. [12] Audite me duro corde, qui longe estis a iustitia. [13] Prope feci iustitiam meam, non elongabitur, et salus mea non morabitur. Dabo in Syon salutem et in Israel gloriam meam.

« Videbitis in Babilonia deos » etc. ; ostendens etiam eorum inutilitatem : *Sed et cum clamauerint* etc., Sap. xiij « Pro uita quidem mortuum deprecatur » etc. Tertio concludit reuocationem : *Mementote istud* predictum de dilectione mea et uilitate ydolorum ; *prioris seculi*, in quo multa uobis beneficia contuli, Ps. « Cogitaui dies antiquos » etc.

§ *Annuntians ab exordio* etc. Hic promittit conuersis ad ipsum liberationem a captiuitate. Et circa hoc duo facit. Primo promittit liberationem, ponens prenuntiandi | potestatem : *annuntians nouissimum*, quodcumque futurum in nouissimis temporibus, Eccli. xlij « Annuntians que preterierunt » etc. ; ponit etiam prenuntiationis firmitatem : *dicens : stabit*, implebitur, *uoluntas* beneplaciti, Eccli. xxprimo « Consilium eius sicut fons uite » etc., Ps. « Omnia quecumque uoluit etc. ; et ponit liberationis ordinem : *uocans ab oriente auem*, Cirum, propter uelocitatem uictorie, uel Christum, supra xlprimo « Qui suscitauit ab oriente » etc.

Secundo, ibi *Audite me*, promittit liberationis propinquitatem, ponens primo eorum indignitatem, ne suis meritis ascribant : *duri corde*, ad bene operandum, *longe*, per multitudinem peccatorum, Eccli. iij « Cor durum male » etc. ; secundo predicit propinquitatem : *Prope feci*, faciam, preteritum pro futuro, *iustitiam* de Babiloniis pro uobis per Cirum, uel iustitiam Christi, infra lvj « Iuxta est salus mea » etc. ; tertio ponit loci determinationem : *Dabo in Syon* etc., *gloriam*, beneficia unde gloriosus apparebo, uel Christum qui est gloria Patris, Agei secundo « Magna erit gloria huius domus » etc.

112 v marg. inf.

Peccatum fatigat
propter sollicitudinem in excogitando, Prou. iiij « Non enim dormiunt » etc. ;
propter laborem in exequendo, Sap. « Lassati sumus in uia » etc. ;
propter confusionem in recogitando, Ro. v « Quem ergo fructum » etc. ;
propter frustrationem in expectando, Prou. xj « Expectatio iustorum » etc.

Redite ad cor
quasi ad iudicii solium, ut te discutias, Ps. « Meditatus sum nocte » etc. ;
quasi ad uite principium, ut custodias, Prou. iiij « Omni custodia » etc. ;
quasi ad diuine loqutionis auditorium, ut diligenter attendas, Osee ij « Ducam eam in solitudinem » etc. ;
quasi ad diuinorum eloquiorum thesaurum, Ps. « In corde meo abscondi » etc. ;
quasi ad diuine pacis et refectionis cenaculum, Ps. « Loquetur pacem in plebem » etc.

59 antiquos] attiquos *sup. lin.* A 62 captiuitate] -tem A 63 Primo] pro *praem.* pA 71 uocans *bis* A 77 corde] -dem pA 81 Babiloniis] bab. A 86 est] e A 93 Redite] reuer<tere> pA 97 meo] etc. *add.* pA

53 etc.] auteos et argenteos et lapideos 54 et *om.* 56 deprecatur etc.] *spat. vac.* Bo *om. cet.* 60 etc.] et annos eternos in mente habui 64 prenuntiandi] pronuntianti 67 etc.] et superuentura reuelans uestigia occultorum 69 beneplaciti] huius placiti 73 Qui] quis 74 etc.] iustum 78 per] propter 79 etc.] habebit in nouissimo 83 etc.] ut ueniat et iustitia mea ut reueletur 86 erit] est 87 etc.] nouissime plus quam prime 88-98 *Cf. Praef.* p. 65* (App. 1) 98 Loquetur... etc.] loquere pacem cum proximo suo (*cf.* Ps. xxvii[5])

55 Cf. Sap. xiii[16]. 59 Ps. lxxvi[6]. 66 Eccli. xli[19]. 69 Eccli. xxi[10]. 70 Ps. cxiii[3]. 73 Is. xli[2]. 79 Eccli. iii[27]. 82 Is. lvi[1]. 86 Agg. ii[10]. 88 Peccatum fatigat : cf. vers. 1 et lin. 12. 89 Prov. iv[16]. 90 Sap. v[7]. 91 Rectius Rom. vi[21]. 92 Rectius Prov. x[28]. 93 Redite ad cor : cf. vers. 8. 94 Ps. lxxvi[7]. 95 Prov. iv[22]. 96 Os. ii[14]. 97 Ps. cxviii[11]. 98 Ps. lxxxiv[9].

CAPITVLVM XLVII

[1] Descende, sede in puluere, uirgo filia Babilon, sede in terra ; non est solium filie Chaldeorum quia ultra non uocaberis mollis et tenera. [2] Tolle molam et mole farinam, denuda turpitudinem tuam, discooperi humerum, reuela crus, transi flumina : [3] reuelabitur ignominia tua et uidebitur opprobrium tuum. Vltionem capiam et non resistet michi homo. [4] Redemptor noster Dominus exercituum, nomen illius Sanctus Israel. [5] Sede, tace, et intra in tenebras, filia Chaldeorum, quia non uocaberis ultra domina regnorum. [6] Iratus sum super populum meum, contaminaui hereditatem meam et dedi eos in manu tua ; non posuisti eis misericordias, super senem aggrauasti iugum tuum ualde. [7] Et dixisti : In sempiternum ero domina ; non posuisti hec super cor tuum neque recordata es nouissimi tui. [8] Et nunc audi hec delicata et habitans confidenter que dicis in corde tuo : Ego sum, et non est preter me amplius ; non sedebo uidua et ignorabo sterilitatem.

§ *Descende, sede* etc. Hic predicit regni Babilonis deiectionem. Et circa hoc tria facit : primo comminatur deiectionis penam ; secundo ostendit culpam : *Iratus sum* etc. ; tertio aufert euasionis fiduciam : *Sta cum incantatoribus* etc.

Circa primum tria. Primo predicit eorum deiectionem quantum ad gloriam quam amiserunt : *Descende* de altitudine tue potentie, *sede*, sicut uilis et abiecta, *uirgo*, quia non ante uastata, uel propter teneritudinem deliciarum ; *solium*, dignitas regia, *mollis* etc., sicut regine solent esse, Hester ult. « Pre teneritudine corpus suum » etc., quasi : non eris ulterius regina, Luce primo « Deposuit potentes » etc., supra xxiij « Dominus cogitauit ut detraheret » etc. Secundo quantum ad ignominiam quam incurrit : *Tolle molam*, quod erat opus ancillarum, quasi : ancilla eris ; uel significat coitum, sicut Iudicum xvj de Samson ; *denuda turpitudinem*, id est membra turpia, uel ad libidinem hostium, uel transiens pedibus tuis flumina, Osee iiij « Gloriam eorum in ignominiam » etc. ; et ostendit huius ignominie actorem : *Ultionem capiam*, quamuis sis potens, *Redemptor*, uox populi de eius seruitute liberati, supra xxxv « Dominus ultionem adducet » etc. Tertio quantum ad confusionis uerecundiam : *Sede*, sicut ille qui erubescit non audet loqui, nec coram hominibus apparere, Ps. « Impii in tenebris conticescent » etc.

§ *Iratus sum* etc. Hic ponit eorum culpam que est causa talis pene. Et ponit tres <cul>pas. Primo dominii crudelitatem circa Iudeos, ponens concessam potestatem : *Iratus sum*, propter peccata eorum ualens eos punire, *contaminaui*, a te contaminari permisi, *hereditatem*, populum Israel, supra xix « Hereditas mea Israel », Ier. xij « Reliqui domum meam » etc. ; et ponit potestatis abusionem : *non posuisti* etc., *super senem*, qui etiam hostibus miserendus, Tren. iiij « Facies senum » etc.

Secundo cordis elationes : *Et dixisti*, ponens superbam cogitationem : *In sempiternum*, [1] Apoc. xviij « In corde suo dicit : sedeo regina » etc. ; ponens etiam superborum fatuitatem, quia non recogitabant futura : *non posuisti hec* que tibi superuenient, Eccli. xj « In die bonorum » etc., vij « In omnibus operibus tuis » etc. ; et ponit spei frustrationem : *Et nunc audi, uidua*, per priuationem regis, *sterilitatem*, id est ammissionem

113 rb

3 ostendit *sup. lin.* 8 Descende] sede *praem.* pA 15 detraheret] detraeret A 16 incurit A 23 redeptor A 30 <cul>pas *coni.*] pas A 33 ualens] *licet etiam legere* uolens 35 Israel] etc. *add.* pA 38 Facies] faciens A 44 recogitabant] co *praem.* pA 48 sterilitatem] sterilis pA

1 etc. *om.* 2 deiectionem] destructionem 4 etc. *om.* 5 Sta...etc.] stent Boπ stant F 11 etc. *om.* 12 etc.] sustentans (*cf.* Esth. xv[7]) 12 quasi] dicat *add.* 14 etc.] de sede et exaltauit humiles supra...etc. *om.* α(-F) 17 ancilla...coitum] in collo eius per significati actum 18 sicut...Samson *om.* α(-F) 21 etc.] dabo 25 etc.] retributionis 26 Sede] tace *add.* 28 etc. *om.* 29 etc. *om.* 30 <cul>pas] species (*cf.* A) 36 etc.] dimisi hereditatem meam 37 etc. *om.* 39 etc.] non erubuerunt 42 etc. *om.* 44 recogitabant] excogitabant(cogit- π) 45 etc.] ne immemor sis malorum et Eccl. 46 etc.] memorare nouissima tua et in eternum non peccabis 47 Et *om.* 48 regis] regni sterilitatem] sterilis (*cf.* A) amissionem] in amissione

4 Vers. 6. 5 Vers. 12. 10 dignitas regia : cf. *Glossa interlin.* et Hugo. 11 Esther xv[6]. 13 Luc. i[52]. 14 Is. xxiii[9]. 16 opus ancillarum : cf. Hugo. 17 uel...de Samson : cf. Hugo ex Hier. (454 C-D ; 521). 18 Iud. xvi[21]. 21 Os. iv[7]. 24 Is. xxxv[4]. 28 Ps. : rectius I Reg. ii[9]. 33 a te...permisi : cf. *Glossa interlin.* 35 Is. xix[25]. Ier. xii[7]. 38 Rectius Thren. v[18]. 41 Apoc. xviii[7]. 45 Eccli. xi[27]. 46 Eccli. vii[40].

[9] Venient tibi duo hec subito in die una, sterilitas et uiduitas. Vniuersa uenerunt super te propter multitudinem maleficiorum tuorum et propter duritiam incantatorum tuorum uehementem. [10] Et fiduciam habuisti in malitia tua et dixisti : Non est qui uideat me. Sapientia tua et scientia tua hec decepit te ; et dixisti in corde tuo : Ego sum, et preter me non est altera. [11] Veniet super te malum et nescies ortum eius, et irruet super te calamitas quam non poteris expiare ; ueniet super te repente miseria quam nescies. [12] Sta cum incantatoribus tuis et cum multitudine maleficiorum tuorum in quibus laborasti ab adolescentia tua, si forte quid prosit tibi aut si possis fieri fortior ; [13] defecisti in multitudine consiliorum tuorum. Stent et saluent te augures celi, qui contemplabantur sidera et supputabant menses ut ex eis annuntiarent uentura tibi. [14] Ecce facti sunt quasi stipula, ignis combussit eos ; non liberabunt animam suam de manu flamme ; non sunt prune quibus calefiant nec focus ut sedeant ad eum. [15] Sic facta sunt tibi in quibuscumque laboraueras. Negotiatores tui ab adolescentia tua unusquisque in uia sua errauerunt, non est qui saluet te.

populi qui in me natus est, *subito*, ex insperato, supra xxx « Subito dum non speratur » etc., Osee ix « Da eis Domine » etc.

Tertio malificiorum multitudinem : *Vniuersa*. Et ponit tria. Primo malificia quibus intendit : *maleficiorum*, quia huiusmodi artes ibi habundabant, Deut. xviij « Non sit in te qui diuinos consulat » etc. Secundo errorem quem ex hiis incurrit, scilicet pene immunitatem, ab his qui negabant diuinam prouidentiam : *Et fiduciam*, ut secure peccares, *Non est* Deus *qui uideat me* peccantem, ut puniat, Iob xxiiij « Oculus adulteri » etc. ; et potentie eternitatem, a diuinis qui hoc promittebant : *Sapientia tua*, quantum ad eos qui de diuinis se intromittebant, *scientia tua*, quantum ad illos qui de humanis, Ier. x « Stultus factus est omnis homo » etc. Tertio ponit penam quam ex hoc promeruit : *Veniet super te, cuius ortum*, loquitur more astrologorum, qui docent considerare ortus regnorum secundum ortus planetarum, prima Tess. v « Cum enim dixerint pax et securitas » etc.

§ *Sta cum incantatoribus* etc. Hic excludit euasionis fiduciam ; et circa hoc duo. Primo excludit spem de sapientibus, excludens eorum auxilium quantum ad maleficos : *Sta cum incantatoribus* ; *ab adolescentia*, a quo condita fuit, artibus magicis plena fuit, supra viij « Cum dixerint ad uos : querite » etc. ; et quantum ad astrologos : *Stent* contra hostes, si possint, his enim artibus etiam habundabat, Ier. x « A signis celi nolite » etc. ; et comminatur etiam sapientibus incendium : *Ecce facti sunt* ; *illos*, sapientes uobiscum ; *non sunt prune quibus calefiant*, sed quibus tota ciuitas comburatur, uel quia tempore frigoris combusta fuit ciuitas ut simul frigore et igne punirentur ; uel *non sunt* in te *prune* diuine sapientie, Eccli. xxprimo « Stupa collecta » etc. Secundo excludit spem de negotiatoribus : *Negotiatores*, quibus etiam habundabat ; uel magi, qui sibi mendacia pro ueritate uendebant, supra xiij « Unusquisque ad populum suum » etc.

51 ix *sup. lin.* 53 intendit] -debat pA 54 maleficiorum] -ficorum A ibi] apud *praem.* pA 56 hiis] hi^{i}s *praem.* pA 57 pene *sup. lin.*] *post* immunitatem pA 62 Sapientia...intromittebant *in marg.* 70 euasionis *sup. lin.*] auxilii pA 72 spem de sapientibus *sup. lin.*] auxilium sapientum pA 85 Stupa] sttupa A

49 in me natus] imminutus Bo inimicus Fπ 50 etc. *om.* 51 etc.] uuluam(uulnera Fπ) sine liberis et ubera arentia 54 artes] arte 56 etc. *om.* 60 etc.] obseruat caliginem 63 scientia tua] sciant 65 etc.] a scientia tua 66 cuius ortum] ortum eius 67 ortus] ortum 69 enim *om.* etc.] tunc superueniet eis repentinus interitus 70 etc. *om.* 71 duo] facit *add.* 75 supra...etc. *om.* α(-F) 75 dixerint] -rit F *def. cet.* 77 possint] possunt his] hiis 78 habundabat] -bant etc.] que(qui Fπ) timent gentes 79 etiam *om.* 80 illos] scilicet *add.* Bo F idest *add.* π 85 etc.] synagoga peccantium 86 negotiatoribus] -ationibus Negotiatores] negotiatio 87 habundabat] -dabant BoF -dant π 89 populum] proximum etc.] stupebit facies combuste uultus eorum (Is. XIII[8])

50 Is. XXX[12]. 51 Os. IX[14]. 55 Cf. Deut. XVIII[11]. 60 Iob XXIV[15]. 64 Ier. X[14]. 69 I Thess. V[3]. 75 Is. VIII[19]. 78 Ier. X[2]. 81 quibus...comburatur : cf. Hugo. 84 uel...sapientie : cf. *Glossa interlin.* ex Haym. (956 D). 85 Eccli. XXI[10]. 88 Is. XIII[14].

CAPITVLVM XLVIII

[1] Audite hoc domus Iacob qui uocamini nomine Israel et de aquis Iuda existis. Qui iuratis in nomine Domini et Dei Israel recordamini non in ueritate neque in iustitia. [2] De ciuitate enim sancta uocati sunt et super Deum Israel constabiliti sunt, Dominus exercituum nomen eius. [3] Priora ex tunc annuntiaui et ex ore meo exierunt et audita feci ea ; repente operatus sum, et uenerunt. [4] Sciui enim quia durus es tu et neruus ferreus ceruix tua et frons tua erea. [5] Predixi tibi ex tunc ; antequam uenirent indicaui tibi ne forte diceres : ydola mea fecerunt hec, et sculptilia mea et conflatilia mandauerunt ista. [6] Que audisti, uide omnia ; uos autem non annuntiastis. Audita feci tibi noua ex tunc, et conseruata sunt que nescis ; [7] nunc creata sunt et non ex tunc et ante diem, et non audisti ea, ne forte dicas :

§ *Audite hoc domus Iacob* etc. Hic promittit populi liberationem. Et diuiditur in duas : in prima promittit liberationem, in secunda exequitur liberationis ordinem, infra xlix *Audite insule* etc. Prima in duas. In prima excitat attentionem, commemorans tria in quibus gloriabantur, scilicet dignitatem generis, quia ex sanctis patribus : *de aquis*, id est semine, contra quod M^t. iij « Ne uelitis dicere » etc. ; priuilegium diuine cognitionis : *Qui iuratis*, inuocantes nomen eius, *recordamini*, quantum ad cognitionem ipsius, *in ueritate* cordis, *neque in iustitia* operis, supra xxix « Populus hic labiis me » etc. ; cultum sacre
113 va religionis : *De ciuitate*, scilicet Ierusalem, | in qua cultus sacrificiorum, *uocati* Ierosolymite, secundo Mach. v « Non propter locum gentem » etc.

Secundo promittit liberationem : *Priora ex tunc*. Et circa hoc tria facit : primo ostendit Dei promittentis maiestatem ; secundo Ciri exequentis prosperitatem : *Congregamini omnes uos* etc. ; tertio promittit liberationem : *Accedite ad me* etc. Circa primum duo : primo ostendit Dei maiestatem ex prenuntiatione futurorum, secundo ex creatione rerum : *Audi me Iacob* etc.

Circa primum tria. Primo assignat prenuntiationis quorundam futurorum rationem, ponens ipsam prenuntiationem : *Priora*, que scilicet iam preterierunt, *ex tunc*, quando adhuc erant futura, *repente*, quantum ad alios quibus non sunt prenuntiata, Eccli. xlij « Annuntians que preterierunt » etc. ; ponens etiam huius rationem, que sumitur ex eorum condicione, quam primo ponit : *Sciui enim* ab eterno, *durus* ad resipiscendum a malis, *ceruix*, id est ceruicositas proprii sensus, *neruus ferreus*, qui non potest flecti, *frons tua*, propter inuerecundiam, Ac. v « Dura ceruice » etc., Deut. xxxprimo « Ego scio contentionem » etc., Ier. ij « Frons meretricis » etc. ; et deinde ex hoc elicit rationem : *Predixi* etc., quasi : quia pronus eras ad ydolatriam, predixi tibi ne beneficia mea ydolis ascriberes, Osee ij « Vadam post amatores » etc. ; ponens etiam prenuntiatorum manifestationem : *Que audisti* a me predicta tibi, *uide* impleta, Ps. « Sicut audiuimus sic uidimus » etc.

Secundo assignat rationem absconsionis quorundam futurorum, ponens primo ipsam absconsionem, sic ut dictum est, quedam futura tibi predixi, sed quedam futura *conseruata sunt*, in mea prescientia, *que nescis*, quia non tibi reuelaui, *nunc*, id est in tempore, *creata sunt*, id est in effectu producta, *et non ex tunc*, quando presciui ea, *et ante diem* impletionis ipsorum, *et non audisti*, nec a me nec ab ydolis, IIII Reg. iiij « Dominus celauit a me » etc. Assignat etiam huius rationem : *ne forte*,

12 iustitia] -itiam pA 14 in] uoc<ati> *praem.* pA 25 assignat] predicit futurorum predictionum *praem.* pA 32 condicione] -onem A 39 elicit] con<cludit> *praem.* pA 53 iiij *sup. lin.*

1 Iacob etc. *om.* 2 duas] partes *add.* 9 etc.] pattem habemus abraam 13 etc.] honorat cor autem eorum longe est a me 15 Ierosolymite] ierusalem muri 16 etc.] sed propter gentem locum elegit dominus 19-22 secundo...maiestatem *bom. om.* α(-F) 24 Audi] audite 31 etc.] et que superuentura sunt reuelans uestigia occultorum 36 etc.] et incircumcisi corde uos semper spiritui sancto restitistis 37 etc.] tuam et ceruicem tuam durissimam 38 etc.] facta est ei noluit erubescere 39 quasi] dicat *add.* quia *om.* α(-F) 39 pronus] prouius F pro nichilo *et.* 40 eras] erat 42 etc.] meos qui dant panes michi etiam *om.* α(-F) 44 etc.] in ciuitate domini uirtutum 47 tibi *om.* 50 effectu] -ctum 51 non] nunc 54 etc.] et non indicauit michi

8 Matth. III[9]. 12 Cf. Is. XXIX[13], quale refertur in Matth. XV[8] et Marc. VII[6]. 16 II Mach. V[18]. 20 Vers. 14. 21 Vers. 16. 24 Vers. 12. 30 Eccli. XLII[18]. 36 Rectius Act. VII[51]. 37 Deut. XXXI[27]. 38 Rectius Ier. III[3]. 41 Os. II[5]. 44 Ps. XLVII[9]. 50 id est...producta : cf. Hugo. 53 IV Reg. IV[27].

Ecce ego cognoui ea ; [8] neque audisti neque cognouisti neque ex tunc aperta est auris tua. Scio enim quia preuaricans preuaricaberis, et transgressorem ex uentre uocaui te. [9] Propter nomen meum longe faciam furorem meum et laude mea infrenabo te ne intereas. [10] Ecce excoxi te, sed non quasi argentum ; elegi te in camino paupertatis. [11] Propter me, propter me faciam ut non blasphemer, et gloriam meam alteri non dabo. [12] Audi me Iacob et Israel quem ego uoco : Ego ipse, ego primus et ego nouissimus. [13] Manus quoque mea fundauit terram et dextera mea mensa est celos. Ego uocabo eos, et stabunt simul. [14] Congregamini omnes uos et audite : Quis de eis annuntiauit hec? Dominus dilexit eum, faciet uoluntatem suam in Babilone et brachium suum in Chaldeis. [15] Ego, ego locutus sum et uocaui eum, adduxi eum et directa est uia eius. [16] Accedite ad me et audite hoc : Non a principio in abscondito locutus sum ; ex tempore antequam fierent ibi eram ;

quasi : ideo non reuelaui ut sentires defectum tuum et deorum tuorum, in hoc quod de futuris non potes prescire nisi que tibi reuelo ; *cognoui* propria industria, *neque audisti* ab ydolis, *aperta* a me, Ps. « Accedet homo ad cor altum » etc. Ponit etiam eorum condicionem ex qua dicta ratio elicitur : *Scio enim, ex uentre*, id est a tempore quando portabam te per desertum sicut in uentre, Exo. xxxij « Cerno quod populus iste » etc., supra xxiiij « Preuaricatione transgressorum » etc.

Tertio excludit quandam obiectionem : *Propter nomen meum*. Posset enim aliquis querere : ex quo tam duri sunt, quare ergo eis bona promittis et fecisti? Et huius obiectionis primo ponit responsionem, commemorans tria beneficia eis exhibita : *Propter nomen*, non propter meritum tuum, *longe faciam*, uel feci, liberando a penis, Ez. xxxvj « Non propter uos faciam » etc., *et laude*, id est obligaui te ad cerimonias et laudes meas, ne sacrificia | ydolis *113 vb* offerens interires, Ps. « In camo et freno » etc. ; *ego excoxi*, uolens purgare per tribulationes, *sed non quasi argentum* quod purgatur, tu autem non correptus es, Ier. vj « Frustra conflauit » etc. ; *elegi*, purgans scilicet te per paupertatem, puniens te spoliatione rerum, Gregorius « Quos infirmitas morum uulnerat, medicina paupertatis sanat », et hoc paterne corrigendo. Secundo ponit responsionis expositionem : *Propter me, ut non blasphemer*, quasi impotens saluare populum quem michi elegi, *et gloriam*, ut scilicet ydola me fortiora iudicentur, supra xlij « Gloriam meam » etc.

§ *Audi me*. Hic ostendit diuinam maiestatem ex creatione rerum : *uocabo*, imponens unicuique proprium opus, *stabunt*, parati ab obediendum, supra xl « Quis appendit tribus digitis » etc.

§ *Congregamini* etc. Hic predicit ipsius Ciri prosperitatem. Et primo ostendit huius facti aliis absconsionem : *Quis de eis?*, scilicet ydolis, quasi : nullus, supra xlprimo « Quis annuntiauit ab exordio » etc. Secundo ipse predicit ipsius prosperitatem : *Dominus dilexit eum*, scilicet Cirum, promouens ipsum in regnum, *in Babilone*, capiens ipsam ; *brachium*, id est per uirtutem suam interficiens eos, primo Reg. xxvij « Et quidem faciens » etc. Tertio assignat prosperitatis rationem ex diuino auxilio : *Ego, ego* etc. ; *directa*, non simpliciter sed ad hoc quod Babilonem destrueret; alias non posset exponi de Ciro, sed tantum de Christo, ut dicit Ieronimus, quia ille ydolatra fuit, Ps. « Deduxit eos in uiam » etc.

§ *Accedite ad me* etc. Hic promittit liberationem. Et circa hoc tria facit. Primo excitat attentionem, ponens diuinam actoritatem : *in abscondito*, sed « cunctus populus uidebat uoces », Exo. xx, a principio legis date, *ex tempore* preterito, *antequam fierent* que predico, *ibi eram*, presens illis futuris,

70 Propter] propter nomen m<eum> *praem.* pA 75 tribulationes] -ionem pA 77 es] e pA 88 proprium] quid *praem.* pA 89 Quis] quis mens *praem.* pA 94 Secundo] assi<gnat> *add.* pA 102 alias] et *praem.* pA 107 ponens...actoritatem *sup. lin.*

55 quasi] dicat *add.* 57 prescire] sentire uel *praem.* α(-F) reuelo] -labo 59 etc.] et exaltabitur deus 63 etc.] populus dure cerui-cis sit 64 xxiiij...etc.] 34.preuaricatorum ex utero uocaui te 66 meum *om.* 70 nomen] meum *add.* 72 etc.] domus israel sed propter nomen meum quod polluistis in gentibus ad quas intrasti 74 etc.] maxillas eorum constringe 77 etc.] conflator 80 morum] rerum 83 quasi] dicat *add.* michi elegi *inv.* 84 ut] ne 85 etc.] alteri non dabo et laudem meam sculptilibus 87 unicuique] proprium nomen 89 Quis appendit] qui appendit terram 90 Ciri *om.* 93 annuntiauit] -bit 94 etc.] ut sciamus 98 primo... etc.] i.23.27 et quid facies etc. F *om. cet.* 100 ego etc. *om.* 103 ut...Ieronimus] nec de ierusalem 104 etc.] rectam ut irent in ciuitatem habitationis 108 cunctus] tunc cum uidebat] audiebat 110 predico] predicta sunt

59 Ps. LXIII[7]. 63 Exod. XXXII[8]. 64 Is. XXIV[16]. 66 posset...promittis : cf. Hugo. 71 Ez. XXXVI[22]. 74 Ps. XXXI[9]. 77 Ier. VI[29]. 79 Quos...sanat : ita apud Hugonem hic ; cf. Gregorius *In Evang.* II hom. 40 « quia fortasse quod superfluitas tenuissimae pravitatis inquinat, caminus paupertatis purgat » (PL 76, 1307 D). 85 Is. XLII[8]. 89 Is. XL[12]. 93 Is. XLI[26]. 98 I Reg. XXVI[25]. 103 Ieronimus (461 C; 530) ut refert Hugo « Ieron. Vsque huc potest exponi de Christo, et non ultra : quia ipse fuit idolatra ». 104 Ps. CVI[7]. 108 Exod. XX[18].

et nunc Dominus Deus misit me, et spiritus eius. [17] Hec dicit Dominus redemptor tuus Sanctus Israel : Ego Dominus Deus tuus, docens te utilia, gubernans te in uia qua ambulas. [18] Vtinam attendisses mandata mea ! Facta fuisset sicut flumen pax tua, et iustitia tua sicut gurgites maris ; [19] et fuisset quasi harena semen tuum, et stirps uteri tui ut lapilli eius ; non interisset et non fuisset attritum nomen eius a facie mea. [20] Egredimini de Babilone, fugite a Chaldeis. In uoce exultationis annuntiate ; auditum facite hoc, efferte illud usque ad extrema terre ; dicite : Redemit Dominus seruum suum Iacob. [21] Non sitierunt in deserto cum educeret eos ; aquam de petra produxit eis et scidit petram et fluxerunt aque. [22] Non est pax impiis, dicit Dominus.

per idem nunc eternitatis manens in tota successione temporis ; uel in persona Filii : *ibi eram*, scilicet in Patre secundum diuinitatem, Prou. viij « Quando appendebat fundamenta » etc. ; ponens prophete ueritatem, qui a Deo missus : *et nunc, me*, Ysaiam ; uel *me*, Christum hominem factum, *Deus*, Pater, unde tres persone designantur, infra lxprimo «Spiritus Domini super me » etc.

Secundo ibi *Hec dicit Dominus*, ponit captiuitatis rationem, ostendens ex parte Dei paratum auxilium : *docens*, contra ignorantiam, *et gubernans in uia* operum, contra infirmitatem operandi, Ps. « Intellectum dabo tibi et instruam » etc. ; ostendens etiam ex culpa Iudeorum dampnum : *Vtinam attendisses*, seruans ea, *sicut flumen*, habundans, *sicut gurgites*, idem, Ps. « Si populus meus audisset » etc.

Tertio ibi *Egredimini*, predicit liberationem. Et circa hoc tria facit. Primo indicit eis a captiuitate exitum, ita certus de liberatione ac si esset presens : *Egredimini* etc., Apoc. xviij « Exite de illa » etc. ; et indicit quod annuntient Dei beneficium : *annuntiate* etc., Ier. l « Vox fugientium et eorum qui euaserunt » etc. Secundo designat liberatis consolationis prestitum beneficium : *Non sitierunt*, id est ita in omnibus Dominus eis prouidebit sicut quando egressi sunt de Egipto, Ps. « Percussit | petram et fluxerunt » etc., Numeri xxprimo. *114 ra* Tertio aufert impiis pacis solatium : *Non est pax*, infra lvij, IIII Reg. ix « Quid tibi et paci » etc.

113 vb marg. inf.

Paupertas confert
peccatorum recognitionem, « Si fuerint uincti » etc.,
uirtutum conseruationem, Eccli. x « Pauper gloriatur » etc.,
cordis quietem, Tob. v « Sufficiebat nobis » etc.,
desiderii impletionem, Ps. « Desiderium pauperum » etc.,
diuine dulcedinis participationem, Ps. « Parasti in dulcedine » etc.,
exaltationem, primo Reg. ij « Suscitans de puluere » etc.,
celestem hereditatem, M[t]. v « Beati pauperes » etc.

Verba Dei utilia
ad intellectus illustrationem, Prou. vj « Mandatum lucerna » etc.,
ad affectus delectationem, Ps. « Quam dulcia faucibus » etc.,
ad amoris accensionem, Ier. xx « Factum est in corde » etc., Ps. « Eloquium Domini »,
ad operis rectitudinem, Ps. « Dirige me in ueritate » etc.,
ad glorie adeptionem, Prou. iij « Custodi legem »,
ad aliorum instructionem, secunda Tim. iij « Omnis doctrina diuinitus » etc.

114 ponens] etiam *praem.* pA 114 ponens] etiam *praem.* pA 115 qui a Deo missus] *legi potest* qui a se demissus 124 culpa] parte *praem.* pA 124 dampnum] perpessum *praem.* pA 134 designat] promitti<t> *praem.* pA 136 in *sup. lin.* 143 conseruationem] -one A 146 participationem] -one A 151 delectationem] cons *praem.* pA 153 rectitudinem] -ine A

113 Prou. ...etc.(*integram lineam* A) *om.* α(-F) 115 qui] quia scilicet 118 etc.] eo quod euangelizare pauperibus misit me (*cf.* Luc. IV[18]) 123 et instruam *om.* etc.] in uia hac qua gra.(fir.s.t.oc.meos *add.* F) *om.* π 125 attendisses] mandata mea *add.* 126 idem *om.* 127 etc.] me et israel si in uiis meis ambulasset 131 Exite...etc.] egredimini de illa omnes qui habitatis in illa 134 etc.] de terra babilonis ut annuntient in syon ultionem dei nostri 136 Dominus eis *inv.* prouidebit] preuidit uel *praem.* 138 etc.] aque 138 Numeri xxprimo *om.* 140 infra lvij *om.* α(-F) 141-155 *Cf. Praef.* p. 65* (App. 1) 141-148 *Hic in fine cap. inserta* 142 Si...etc.] *spat. vac.* Bo *om. cet.* 149-155 *Infra, ante* Hec dicit (cap. 49, 62) *inserta* 152 Eloquium...etc.] eloquia domini eloquia casta argentum igne examinatum(*cf.* Ps. XI[7])

113 Prov. VIII[29]. 118 Is. LXI[1]. 122 Ps. XXXI[5]. 126 Ps. LXXX[14]. 131 Apoc. XVIII[4]. 133 Ier. L[28]. 137 Ps. LXXVII[30]. 138 Num. XXI[16] ; cf. XX[11]. 140 Is. LVII[21]. IV Reg. IX[18]. 141 Paupertas... : cf. vers. 10 et lin. 78. 142 Si...uincti : cf. Iob XXXVI[8] « si fuerint in catenis et vinciantur... ». 143 Eccli. X[22]. 144 Tob. V[18]. 145 Ps. X[17]. 146 Ps. LXVII[12]. 147 I Reg. II[6]. 148 Matth. V[3]. 149 Verba... : cf. vers. 17 « ...docens te utilia ». 150 Prov. VI[23]. 151 Ps. CXVIII[108]. 152 Ier. XX[9]. Ps. CIV[19]. 153 Ps. XXIV[9]. 154 Prov. III[21]. 155 Cf. II Tim. III[16] « Omnis scriptura divinitus inspirata... ».

CAPITVLVM XLIX

[1] Audite insule, et attendite populi de longe : Dominus ab utero uocauit me, de uentre matris mee recordatus est nominis mei. [2] Et posuit os meum quasi gladium acutum. In umbra manus sue protexit me et posuit me sicut sagittam electam ; in pharetra sua abscondit me. [3] Et dixit michi : Seruus meus es tu Israel, quia in te gloriabor. [4] Et ego dixi : In uacuum laboraui, sine causa et uane fortitudinem meam consumpsi. Ergo iudicium meum cum Domino, et opus meum cum Deo meo. [5] Et nunc hec dicit Dominus formans me ex utero seruum sibi, ut reducam Iacob ad eum, et Israel non congregabitur, et glorificatus sum in oculis Domini, et Deus meus factus est fortitudo mea.

§ *Audite insule* etc. In parte ista exequitur magis in speciali liberationis ordinem. Et circa hoc duo facit : primo populus confitetur accepta beneficia, secundo accipit promissionem de futuris, ibi *Ego dixi : In uacuum* etc. Circa primum, quatuor beneficia confitentur. Primo priuilegium diuine electionis ; et continuatur cur indixerat supra propheta populo ut annuntiaret, unde statim subiungitur uox populi annuntiantis et dicentis : *Audite* ; *ab utero*, eligens me in ipsis patribus, Ps. « De uentre matris mee Deus » etc. Secundo efficaciam orationis : *Et posuit os*, orationem, *quasi gladium* penetrantem usque ad aures Dei et uiscera misericordie ipsius, Eph. ult. « Gladium spiritus » etc. Tertio auxilium diuine protectionis : *In umbra*, id est sub protectione potentie sue, *sicut sagittam electam* sagittarius abscondit ad conseruandum, Ps. « Sub umbra alarum tuarum » etc., Ps. « Abscondit me in tabernaculo suo » etc. Quarto gloriam diuine seruitutis : *Et dixit michi : in te gloriabor*, per magnalia in te ostensa gloriosus apparebo, supra xliij « Omnem qui inuocat nomen meum » etc.

Secundum alios, hec est uox Ciri, cuius nomen prenuntiatum ab Ysaia, supra xlv, antequam nasceretur, cuius uerba comminatoria quasi gladius erant ; et protectus est ne auus suus eum interficeret, et seruatus quasi electa sagitta ad tempus statutum, cui annuntiatum est populum Israel Dei seruum esse. Aliter exponitur de Christo, cuius nomen ab angelo prenuntiatum, uerbum predicationis gladius penetrans corda, protectus pro infirmitate carnis a potentia diuinitatis, et electus inter omnes ad salutem generis humani implendam ; et dicitur Israel quia ex populo Israel secundum carnem natus est.

§ *Ego dixi.* Hic Dominus promittit futura beneficia. Et primo promittit prophete Ysaie exaltationem, secundo populo liberationem : *Hec dicit Dominus redemptor* etc. Circa primum duo. Primo ponitur prophete allegatio proponentis laborem suum in predicando, quamuis ex culpa audientium non sit fructus sequtus, et concludit : *Ergo iudicium meum*, pro me, *cum Domino*, coram ipso, *et opus meum* quasi gratum ipsi, Ier. vj « Frustra conflauit conflator » etc. Secundo ponit Dei responsionem : *Et nunc hec dicit Dominus.* Et primo significatur allegationis acceptatio : *ut reducam*, quasi dicat : ad hoc me ex uentre matris eligens ut reuocem populum suum ad ipsum, *et* tamen *Israel non* usquequaque *congregabitur* ad ipsum per meam predicationem, *et* tamen *glorificatus sum* etc., [1] Abacuc iij « Deus Dominus fortitudo mea » etc. ; secundo ponitur ipsa res- *114 rb*

6 Primo priuilegium *in marg.*] primo beneficium pA 11 Ps. *in marg.* 12 efficaciam] beneficium *praem.* pA 21 magnalia] bene-<ficia> *praem.* pA 32 pro infirmitate *sup.lin.*] quantum ad uilitatem pA 39 exaltationem] qui in re<uersione> uel in conuer<sione> *praem.* pA 47 Dei *sup.lin.* 52 tamen] di<xit> *praem.* pA

5 in uacuum etc. *om.* 6 confitentur] -tetur 7 cur indixerat] ad id quod dixerat 11 etc.] meus es tu 12 os] meum *add.* 14 ipsius *om.* Gladium] et *praem.* 15 etc.] quod est uerbum dei 19 etc.] protege me 23 etc.] in gloria mea creaui eum 32 pro infirmitate] secundum infirmitatem 37 Ego] et *praem.* α(-F) 40 redemptor etc. *om.* 48 acceptatio] attestatio ut] et 49 ad] ex 51 Israel non usquequaque *om.* 54 etc.] et ponet pedes meos quasi ceruorum

7 supra : Is. XLVIII[20] (lin. 153). 11 Ps. XXI[11]. 14 Eph. VI[17]. 18 Ps. XVI[8]. 19 Ps. XXVI[5]. 22 Is. XLIII[7]. 24 alios : velut Hugo. 25 Is. XLV[1]. 30-36 Aliter exponitur... : cf. *Glossa interlin.* 45 Ier. VI[20]. 53 Hab. III[19].

[6] Et dixit : Parum est ut sis michi seruus ad suscitandas tribus Iacob et feces Israel conuertendas ; dedi te in lucem gentium ut sis salus mea usque ad extremum terre. [7] Hec dicit Dominus redemptor Israel Sanctus eius ad contemptibilem animam et ad abhominatam gentem, ad seruum dominorum : Reges uidebunt, et consurgent principes et adorabunt propter Dominum, quia fidelis est, et Sanctum Israel qui elegit te. [8] Hec dicit Dominus : In tempore placito exaudiui te et in die salutis auxiliatus sum tui et seruaui te, et dedi te in fedus populi, ut suscitares terram et possideres hereditates dissipatas, [9] ut diceres hiis qui uincti sunt : Exite, et hiis qui in tenebris sunt : Reuelamini. Super uias pascentur, et in omnibus planis pascua eorum. [10] Non esurient neque sitient, et non percutiet eos estus et sol, quia miserator eorum reget eos et ad fontes aquarum potabit eos. [11] Et ponam omnes montes meos in uiam, et semite mee exaltabuntur.

ponsio : *Et dixit: Parum est*, quasi dicat : in tantum ministerium tuum honorificabo, ut non solum in Iudeis sed in omnibus gentibus per te salus mea annuntietur, Ro. iij « An Iudeorum Deus tantum » etc.

Hoc etiam plane de Christo exponitur, qui sua predicatione et mortis consumptione paruum fructum in Iudeis fecit, sed gentes illuminauit et saluauit. Similiter etiam de Ciro, licet magis extorte, qui per beneficia secundum intentionem Domini populum ad Dei cultum reuocauit, et tamen non profecit, cui a Deo datum est dominium super multas gentes.

§ *Hec dicit Dominus redemptor* etc. Hic promittit liberationem. Et circa hoc duo facit : primo promittit liberationem, secundo excludit eorum dubitationem : *Et dixit Syon* etc. Circa primum tria. Primo liberationem precedentia, scilicet Iudeorum ueneratio que fuit causa liberationis, commemorans pristinam despectionem : *contemptibilem*, propter populi imbeccillitatem, *abhominandam*, propter cultus singularitatem, *seruum*, propter subiectionem diuersis gentibus, supra xviij « Ad gentem diuulsam » etc. ; et ponit ipsam ueneracionem : *Reges uidebunt* magnalia mea que pro te ostendam, *et adorabunt*, sicut ad litteram Nabuchodonosor, Dan. ij, et Cirus et alii principes eius honorauerunt Hesdram.

Aliud preambulum est regis liberantis exaltatio, scilicet Ciri : *In tempore placito*, et non determinat exaltationis tempus : *placito*, quando placuit michi saluare populum meum, *exaudiui*, exaltans te in regnum secundum desiderium tuum ; et exaltationis fructum : *et seruaui* etc., *in fedus* implendum *populi mei ; Reuelamini*, id est illuminamini. Vel de Christo, qui fuit in passione contemptus et quasi seruus iudicatus, infra liij « Vidimus eum despectum » etc., sed postmodum a regibus ad litteram adoratus, Ps. « Adorabunt eum omnes reges » etc., *in tempore placito*, scilicet tempore gratie, secunda Cor. vj « Ecce nunc tempus » etc.

Secundo ponit liberationem consequentia, promittens liberatis bonorum copiam : *Super uias pascentur*, id est ita habundanter consolationibus perfruentur sicut oues pascuis, quando etiam in uia preter solitum inuenirentur, Ez. xxxiiij « Requiescent in herbis » etc. ; quantum ad malorum carentiam et defectus : *Non esuriet* etc., et nocumenti illati : *estus* tribulationis, *et sol*, tirampnus faciens ipsam, Ps. « Per diem sol non uret » etc. ; et assignat utriusque causam : *quia miserator* etc., *aquarum*, consolationum, Ps. «Dominus regit me » etc.

Tertio promittit ipsam liberationem, ponens uiarum preparationem : *Et ponam omnes montes*,

58 An] annuntietur pA 63 licet] qui *praem.* pA 73 ueneratio] a regibus *add.* pA 76 propter] quia *praem.* pA 77 gentem] gente A 84 et] *licet etiam legere* id est 86 exaudiui *sup. lin.*] exaudiui(*sic*) pA 91 contemptus] ab hominibus *praem.* pA 101 xxxiiij] xxxvj pA 105 ipsam] amplius *add.* pA 109 ponens *sup. lin.*] quantum ad tria pA

55 parum est *om.* 59 Deus tantum *inv.* etc.] imo et gentium 64 qui] quia 65 et...profecit *om.* 67 gentes] Nota super illo uerbo ' audite '...*add.*(*cf. supra* : cap. 48, 149-155) 73 commemorans] et commemorat 75 abhominandam] -natam 78 etc.] mittam te 79 pro] per 84 et...placito(*integram lineam* A) *hom. om.* 85 placuerit] placuit (*cf.* A) 91 liij] 57 93 ad litteram *om.* 94 etc.] omnes gentes seruient ei 96 etc.] acceptabile ecce nunc dies salutis 101 xxxiiij] 29 F 39 *cet.* 102 etc.] uirentibus 103 esuriet etc.] esurient 106 etc.] te neque luna per noctem 108 etc.] et(*om.* Bo) nichil michi deerit 109 ponens] tria *add.* 110 uiarum] aliorum

58 Rom. III[29]. 71 Vers. 14. 77 Is. XVIII[2] « ad gentem conuulsam » Ω *Vulg.* ; cf. supra cap. 18, 39. 81 Dan. II[46]. Cirus... Hesdram : cf. I Esdr. VII[12-16], ubi tamen de Artaxerxe. 90-93 uel de Christo...adoratus : cf. *Glossa interlin.* 91 Is. LIII[2-3]. 93 Ps. LXXI[11]. 95 II Cor. VI[2]. 101 Ez. XXXIV[14]. 105 Ps. CXX[6]. 107 Ps. XXII[1].

12 Ecce isti de longe uenient, et ecce illi ab aquilone et mari, et isti de terra australi. 13 Laudate celi et exulta terra, iubilate montes laudem, quia consolatus est Dominus populum suum et pauperum suorum miserebitur. 14 Et dixit Syon : Dereliquit me Dominus, et Dominus oblitus est mei. 15 Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum ut non misereatur filio uteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. 16 Ecce in manibus meis descripsi te, muri tui coram oculis meis semper. 17 Venerunt structores tui, destruentes te et dissipantes a te exibunt. 18 Leua in circuitu oculos tuos et uide : omnes isti congregati sunt, uenerunt tibi. Viuo ego, dicit Dominus, quia omnibus hiis uelut ornamento uestieris et circumdabis eos tibi quasi sponsa. 19 Quia deserta tua et solitudines tue et terra ruine tue nunc angusta erunt pre habitatoribus, et longe effugabuntur qui absorbebant te. 20 Adhuc dicent in auribus tuis filii sterilitatis tue : Angustus est michi locus, fac spatium michi ut habitem. 21 Et dices in corde tuo : Quis genuit michi istos? Ego sterilis et non pariens, transmigrata et captiua. Et istos quis enutriuit? Ego destituta et sola. Et isti ubi erant?

id est principes auxiliabuntur uobis ad reuertendum, supra xl « Omnis uallis implebitur » etc.; ponens etiam captiuorum | reuersionem : *Ecce isti de longe*, ab oriente, *mari*, occidente, Ier. xxxprimo « Adducam eos ab aquilone » etc. ; ponit etiam gratiarum actionem : *Laudate celi* etc., Ps. « Laudent illum celi » etc.

114 va

§ *Et dixit Syon* etc. Hic excludit eorum dubitationem. Et primo illam que oriebatur ex diuina indignatione ; secundo illam que ex eorum deiectione : *Et dices in corde* etc. ; tertio illam que ex hostium potestate, ibi *Numquid tolletur* etc. Circa primum tria : primo ponit dubitationem : *Dereliquit* sine auxilio, et ideo non possum sperare liberationem, Baruc iiij « Derelicta sum » etc. ; secundo excludit eam per similitudinem matris : *Numquid potest* etc., Ier. xxxprimo « Si filius honorabilis » etc. ; tertio adhibet promissionem de ciuitatis restauratione.

Et primo quantum <ad> reedificationem murorum, ponens diuinum propositum : *Ecce in manibus*, quasi : ita teneo te in memoria sicut qui scribit aut facit aliquod signum in manu sua, ut sit memor alicuius rei ; *muri tui*, quasi : iam uideo reedificationem murorum tuorum, Iob xxxvij « In manibus abscondit » etc., Ps. « Mille anni ante oculos » etc. ; et expletionis modum : *Venerunt structores*, id est reedificatores, scilicet Zorobabel et Ihesus et alii iam in oculis meis, *dissipantes*, Chaldei, Zach. iiij « Manus Zorobabel » etc.

Secundo quantum ad habitationem uirorum, et circa hoc tria facit. Primo ciuium adunationem : *Leua in circuitu* etc., Baruc iiij « Circumspice Ierusalem » etc. Secundo ciuitatis rehabitationem, ostendens quod habitabitur : *Viuo* ego, modus iuramenti, *uelud ornamento*, sicut sponsa uestibus sic urbs ornatur ciuibus, infra lxprimo « Induit uestimento salutis » etc. ; ostendens quod habitatoribus implebitur : *Quia deserta*, quantum ad habitatores, *solitudines*, quantum ad cultores, *ruine*, quantum ad muros destructos, Zach. ij « Absque muro habitabitur » etc. ; ostendit etiam quod hostibus uacuabitur : *et longe* etc. Tertio predicit habitatorum multitudinem : *Adhuc dicent filii sterilitatis*, id est qui nati sunt quando te sterilem credebas, uacuata habitatoribus, infra liiij « Dilata locum tentorii » etc.

§ *Et dices in corde* etc. Hic excludit secundam dubitationem. Et primo ponit ammirationem : *Et dices*, pre ammiratione, *sterilis*, quia non erant in me uiri qui filios generarent, *destituta* diuino auxilio, infra lxvj « Quis audiuit umquam tale » etc. Secundo excludit dubitationem, ponens modum

123 tria *coni.*] duo A 130 <ad> *suppl. cum* α 132 teneo] firmiter proposui *praem.* pA sicut] sic A 151 ruine] capti<ua> *praem.* pA 154 hostibus *sup. lin.*] persequtoribus pA et *sup. lin.* 160 ammirationem] adhuc *add.* pA 161 sterilis] sterilim A

112 etc.] et omnis mons et collis humiliabitur 114 longe] id est *add.* 117 etc.] et terra 121 in corde etc. *om.* 122 ibi *om.* 122 tolletur etc.] *om.* 125 etc.] sola 127 Ier. ...etc. *om.* α(-F) honorabilis *om.* F (*def. cet.*) 129 restauratione] instauratione (-F) 132 quasi] dicat *add.* 134 memor] ei memoria 135 Iob...etc. *om.* α(-F) 136 etc.] lucem F (*def. cet.*) 137 etc.] tuos tamquam (quasi Fπ) dies hesterna (*om.* Fπ) que preteriit 141 etc.] fundauerunt domum istam 145 etc.] ad orientem et uide iocunditatem que ueniet tibi 148 lxprimo] 51 Induit] induite 154 hostibus] ab *praem.* 158 etc.] tui 163 lxvi] 56

112 Is. XL[4] « Omnis uallis exaltabitur » Ω *Vulg.* et Thomas cap. 40, 48. 114 Ier. XXXI[6]. 116 Ps. LXVIII[35]. 125 Bar. IV[12]. 127 Ier. XXXI[20]. 135 Rectius Iob XXXVI[22]. 136 Ps. LXXXIX[4]. 140 Zach. IV[9]. 144 Bar. IV[35]. 148 Is. LXI[10] « ...uestimentis salutis » Ω. 152 Zach. II[4]. 157 Is. LIV[2]. 163 Is. LXVI[8].

[22] Hec dicit Dominus Deus : Ecce leuabo ad gentes manum meam et ad populos exaltabo signum meum ; et afferent filios tuos in ulnis et filias tuas super humeros portabunt. [23] Et erunt reges nutritii tui et regine nutrices tue. Vultu in terram demisso adorabunt te et puluerem pedum tuorum lingent. Et scies quia ego Dominus, super quo non confundentur qui expectant eum. [24] Nunquid tolletur a forti preda, aut quod captum fuerit a robusto saluum esse poterit ? [25] Quia hec dicit Dominus : Equidem et captiuitas a forti tolletur et quod ablatum fuerit a robusto saluabitur. Eos uero qui iudicauerunt te ego iudicabo et filios tuos ego saluabo. [26] Et cibabo hostes tuos carnibus suis, et quasi musto sanguine suo inebriabuntur. Et sciet omnis caro quia ego Dominus saluans te et redemptor tuus fortis Iacob.

114 vb multitudinis | habitatorum : *Hec dicit Dominus*, quantum ad quatuor : primo quantum ad diuinam inspirationem : *Ecce leuabo manum*, quasi innuens, supra xj « Leuabit signum in nationibus » etc. ; secundo quantum ad honorificam reductionem : *et afferent in ulnis*, in quo significatur auxilium quod a gentibus habuerunt, *reges nutritii*, prouidentes tibi in necessariis, Baruc v « Adducet Dominus illos ad te » etc. ; tertio quantum ad liberatorum exaltationem : *Vultu in terra*, hoc precipue tempore Machabeorum, infra lx « Venient ad te curui » etc. ; quarto assignat huius rationem : *Et scies quia ego* etc., Ps. « In te Domine speraui, non confundar » etc.

§ *Numquid tolletur*. Hic excludit tertiam dubitationem. Et primo ponit ipsam : *a forti*, Nabuchodonosor, Mt. xij « Aut quomodo potest quis intrare » etc. Secundo excludit eam : *Quia hec dicit*, primo ponens liberationis beneficium : *captiuitas*, scilicet Iudeorum, Iob xxix « Conterebam molas iniqui » etc. ; secundo liberationis modum, ponens hostium destructionem : *Eos uero*, scilicet Chaldeos, *iudicauerunt* iniuste, Soph. iij « Ego interficiam » etc. ; et ponit pene determinationem : *Et cibabo*, uel propter dissentionem, sicut supra ix « Unusquisque carnem brachii » etc., uel propter mortuorum multitudinem, dum os unius cadebat super sanguinem alterius ac si uellet bibere, uel propter famem. Tertio ponit liberationis fructum : *Et sciet omnis caro* etc., supra xl « Videbit omnis caro » etc.

170 ulnis] ullis *praem.* pA 183 beneficium] benificium A

167 leuabo] leuo 170 afferent] filios *add.* 172 v] 6 173-175 tertio...curui etc. *om.* α(-F) 175 curui *om.*F (*def. cet.*) 178 etc.] in eternum 181 Mt. ...etc. *om.* α(-F) 182 dicit] dominus *add.* 183 beneficium] et *add.* 186 uero *om.* 188 etc.] omnes qui afflixerunt te(me Fπ) 189 ix] 10 190 etc.] sui uorabit 191 dum os unius] quia unus 195 etc.] salutare dei nostri(mei Fπ) (*cf.* Luc. III[6])

168 Is. XI[12] cum Ω^{M} ; « in nationes » Ω^{JS}. 172 Bar. V[5]. 174 terra : cum Ω^{MS}. 175 Is. LX[14]. 177 Ps. LXX[1]. 181 Matth. XII[33]. 184 Iob XXIX[17]. 187 Soph. III[19]. 189 Is. IX[20]. 190-193 uel...propter famem : cf. Hugo. 194 Is. XL[5].

CAPITVLVM L

[1] Hec dicit Dominus : Quis est hic liber repudii matris uestre quo dimisi eam? aut quis est creditor meus cui uendidi uos? Ecce enim in iniquitatibus uestris uenditi estis, et in sceleribus uestris dimisi matrem uestram. [2] Quia ueni, et non erat uir ; uocaui, et non erat qui audiret. Nunquid abbreuiata et paruula facta est manus mea ut non possim redimere, aut non est in me uirtus ad liberandum? Ecce in increpatione mea desertum faciam mare, ponam flumina in siccum ; computrescent pisces sine aqua et morientur in siti. [3] Induam celos tenebris et saccum ponam operimentum eorum.

§ *Hec dicit Dominus : Quis est hic* etc. Hic incipit remouere impedimenta liberationis. Et primo remouet impedimenta, secundo apponit remedia, liij cap. : *Quis credidit auditui* etc. Circa primum remouet tria impedimenta : primo defectum diuinorum beneficiorum ; secundo abiectionem personarum, lprimo cap. : *Audite me qui sequimini* etc. ; tertio inopiam rerum, lij cap. *Consurge, consurge* etc. Circa primum tria : primo excludit impedimentum ; secundo ponit seipsum in exemplum : *Dominus dedit michi* etc. ; tertio concludit salubre consilium : *Quis ex uobis timens* etc. Circa primum duo : primo excludit defectum diuinorum beneficiorum ex parte diuine uoluntatis, secundo ex parte diuine potestatis : *Numquid abbreuiata* etc. Circa primum tria. Primo excludit diuine uoluntatis defectum, quasi non uellet ex seipso Deus benefacere, excludens duplicem modum alienationis, scilicet modum alienandi uxorem qui erat per libellum repudii, sicut dicitur Deut. xxiiij, — quod quidem eis permissum est ad duritiam cordis ipsorum, Matth. xix — : *Quis est hic* etc. Sed contra, Ier. iij « Pro eo quod mechata esset » etc. Et dicendum quod Dominus quantum est in se non repudiauit eos, sed ipsi per peccata sua Deum dimiserunt. Excludit etiam modum alienandi possessionem : *aut quis est creditor* etc., quasi : uos qui estis mea hereditas, supra xix, ei uendiderim non habens aliud quid soluam? Unde patet quod ex quo non alienaui uos a meo dominio, quod paratus sum benefacere quantum ex me est.

Secundo ostendit humane

Secundo ostendit humane uoluntatis peccatum : *Ecce enim in iniquitatibus*, Ro. VII[14] « Ego enim homo carnalis sum, uenundatus sub peccato ». Tertio ponit argumentum : *Quia ueni*, per inspirationem, *uocaui*, per prophetas, Prou. I[24] « Vocaui, et renuistis ».

Numquid abbreuiata? Hic excludit defectum ex parte diuine potestatis, excludens primo potestatis defectum : *abbreuiata*, ut etiam longinquos non subicere michi possim ; *paruula*, contra potestates, infra LIX[1] « Ecce non est abbreuiata manus Domini ». Secundo ponit diuine potentie signum : *Ecce*, primo in aquis : *in increpatione*, id est iussione, *faciam*, si uolo, sicut feci in exitu Israel de Egypto, Exo. XIV[15-31] ; *ponam flumina*, sicut Arnon, Num. XXI[13-20], et Iordanem, Ios. IV ; *computrescent*, sicut Exo. VII[16-21], quando aque uerse sunt in sanguinem, Ps. « Increpuit mare Rubrum et exsiccatum est ». Secundo ostendit signa potentie sue in celis : *Induam celos*, aereos, *<tene-*

5 defectum *sup. lin.* 8 tertio] tertium pA 18 benefacere] *benefe* praem. pA 32 Secundo ostendit humane] *haec in ima pagina, manu Thomae, reclamant initia subsequentis (et deperditi) fasciculi*

1 Quis...est. *om.* 4 auditis etc. *om.* 5 defectum *om.*(*cf.* A) 7 qui...etc. *om.* 8 inopiam] copiam 9 consurge etc. *om.* 11 michi etc. *om.* 12 timens etc. *om.* 24 etc.] israel dimissem eam 27 creditur etc. *om.* 28 supra xix] hereditas mea israel (*cf.* Is. XIX[25]) 21 ei...soluam] emendi etc. quid saluam etc. F uendidi quoniam potius saluaui *cet.* 30 quod *om.* α(-F)

32 Secundo... : *deficiente autographo A, abhinc denuo assumitur textus* α 33 in *om.* Fπ 37 renuistis] accipere disciplinam *add. codd.* (*ex* Ier. V[3]) 41 possim] que uolo *add.* F paruula] parula Bo pula Fπ potestates] potentes F 49 Ps. Increpuit...est] *hic in codd.; fort. reponendum post* Exo.XIV (46) 51 < tenebris > *suppl.*] *om. codd.*

11 Vers. 4. 12 Vers. 10. 15 Vers. 2. 20 Deut. XXIV[1]. 22 Matth. XIX[8]. 23 Sed contra... : cf. Hugo (Mystice). Ier. III[8]. 28 Is. XIX[25]. 46 sicut...Iordanem : cf. Hugo et *Glossa interlin.* 47 Ios. IV : rectius III[15-17]. 49 Ps. CV[9].

[4] Dominus dedit michi linguam eruditam ut sciam sustentare eum qui lassus est uerbo. Erigit mane, mane erigit michi aurem ut audiam quasi magistrum; [5] Dominus Deus aperuit michi aurem. Ego autem non contradico, retrorsum non abii. [6] Corpus meum dedi percutientibus et genas meas uellentibus; faciem meam non auerti ab increpantibus et conspuentibus in me. [7] Dominus Deus auxiliator meus: ideo non sum confusus. Ideo posui faciem meam ut petram durissimam, et scio quoniam non confundar. [8] Iuxta est qui iustificat me, quis contradicet michi? Stemus simul, quis est aduersarius meus? Accedat ad me. [9] Ecce Dominus Deus auxiliator meus, quis ergo est qui condempnet me? Ecce omnes quasi uestimentum conterentur, tinea comedet eos. [10] Quis ex uobis timens Dominum, audiens uocem serui sui? Qui ambulauit in tenebris, et non est lumen ei, speret in nomine Domini et innitatur super Deum suum. [11] Ecce omnes uos accendentes ignem et accincti flammis, ambulate in lumine ignis uestri et in flammis quas succendistis uobis.

bris>, sicut in Egypto, Exo. x[21], Ps. « Qui operit celum nubibus ».

Dominus dedit. Hic ponit se ipsum in exemplum. Et primo quantum ad beneficii percepti gratiam, tum quantum ad eloquentiam : *linguam eruditam*; *sustentare*, confortationibus, Iob IV[4] « Vacillantes confirmauerunt »; tum etiam quantum ad sapientiam : *Erigit*, ad attendendum, *mane*, a principio predicationis mee, uel a principio etatis, uel quia tunc solitus erat orare, Ps. « In matutinis meditabor in te »; *aperuit*, ad intelligendum, Ps. « Audiam quid loquatur in me Dominus Deus », Matth. XXIII[10] « Magister uester unus est, Christus ».

Secundo ponit se ipsum in exemplum quantum ad obedientiam, ponens perfectam obedientiam : *Ego autem non contradico*, sed recipio et accepto ipsius inspirationem, *retrorsum non abii* a bono proposito, supra XLV[9] « Ve qui contradicit factori suo ». Ponit etiam obediendi constantiam, quia obedientiam pro nullo periculo dimisit : *Corpus meum dedi*, id est exposui me ut talia paterer; uel forte ad litteram hec passus est, sed in Christo plene impletum, Matth. XXVI et XXVII, Ier. XII[7] « Dedi dilectam animam meam in manus inimicorum ».

Tertio ponit se ipsum in exemplum quantum ad fiduciam quam in Deo habebat, primo ponens paratam defensionem : *Dominus Deus auxiliator*, Ier. XX[11] « Dominus mecum est tamquam bellator fortis »; secundo fiducie securitatem : et *posui*, ut timore uel rubore non mouerer, Ez. III[9] « Vt adamantem et silicem dedi te »; tertio assignat securitatis rationem ex potestate adiuuantis : *Iuxta est qui iustificat*, scilicet Deus, *quis contradicet?*, uerbis; *Stemus simul*, Iob XVIII « Pone me Domine iuxta te, et cuiusuis manus pugnet contra me », *aduersarius*, factis; *condempnet*, falsis iudiciis, Ro. VIII[33] « Deus qui iustificat, quis est qui condempnet? »; iterum ex infirmitate impugnantis : *Ecce omnes quasi uestimentum* <*conterentur*> uetustate, in quo naturalis defectus, *tinea*, in quo uiolentus, Iob XXIII « Qui quasi putredo consumendus sum et quasi uestimentum quod comeditur a tinea »; ac si diceret : ex omnibus hiis sicut ego post accepta beneficia Deo obedio et in ipso confido, ita et uos.

Quis ex uobis? Hic concludit ex exemplo suo salubre consilium. Et primo ponit consilium, secundo ponit consilii contemptum : *Ecce omnes uos*. Consilium autem dat ut in Deo confidant : unde tria facit. Primo requirit confidentium ydoneitatem que est ex timore et obedientia : *serui*, Ysaie, uel cuiuscumque alterius, Ps. « Quis est homo qui timet Dominum? »; secundo ostendit confidentie necessitatem : *Qui ambulauit in tenebris*, erroris uel aduersitatis, Io. XI « Qui ambulat in nocte, offendit »; tertio ponit ipsum consilium : *speret in nomine*, supra X[20] « Residuum Israel » etc.

Ecce omnes. Hic ponit consilii contemptum, ponens tria. Primo culpam : *accendentes*, peccatis uestris, *ignem*, uobis merentes, *accincti*, quasi ligati in peccatis uestris, uel expediti ad peccandum, supra I[31] « Erit fortitudo uestra ut fauilla stupe »; secundo ponit penam : *ambulate*, quasi dicat : recipite penam, Ps. « In laboribus manuum suarum comprehensus est peccator »; tertio ponit

58 confirmauerunt] manus tue et genua debilia robotasti *add. codd.*(*ex* Is. XXXV[3]) 82 posui *coni. ex Vulg.*] posuit *codd.* 86 contradicet] -diceret F 92 < conterentur > *suppl. ex Vulg.*] *om. codd.* 96 omnibus hiis *inv.* F 108 Qui] autem *add.* F 110 speret *coni. ex Vulg.*] sperent *codd.* 114 supra...etc. F] *om. cet.* 114 uestris] nostris F F[2]L uobis] nobis F[π]

52 Ps. CXLVI[8]. 61 Ps. LXII[7]. 63 Ps. LXXXIV[9]. 87 Rectius Iob XVII[3]. 94 Rectius Iob XIII[28]. 105 Ps. XXIV[12]. 108 Cf. Ioh. XI[10]. 118 Ps. IX[17]; « In operibus... » Ω *Vulg.*

De manu mea factum est hoc uobis, in doloribus dormietis.

punientis potentiam : *De manu*, scilicet potentie Dei ; *dormietis*, sompno mortis.

Nota super illo uerbo *in iniquitatibus uenditi estis*, quod homo pro peccato uendit multa : primo animi uirtutem, Tren. I[11] « Dederunt pretiosa queque pro uili » ; secundo celestem hereditatem, III Reg. XXI[3] « Propitius sit michi Dominus ne uendam hereditatem patrum meorum » ; tertio anime libertatem, Eccli. X[10] « Nichil est iniquius quam amare pecuniam » ; quarto diuini amoris honorem, Osee II « Diligit Dominus ».

Item super illo uerbo *Ego autem non contradico*, nota quod Deo contradicunt primo infideles diuine ueritati, Eccli. I « Ne contradicas uerbo ueritatis » ; secundo impatientes diuine correptioni, Iob XI[10] « Quis contradicit ei » ; tertio impenitentes diuine bonitati, supra XLIX « Et erunt quasi non sint » ; quarto inobedientes diuine auctoritati, Osee X « Populus tuus ».

Item super illo uerbo *In doloribus dormietis*, quod peccatores dolent in morte : primo propter corporalium amissionem, Iob XXVII[19] « Diues cum dormierit, nichil secum afferet » ; secundo propter conscientie contradictionem, Sap. V[3] « Penitentiam agentes et pre angustia spiritus gementes » ; tertio propter future glorie desperationem, Tren. ult. « Cecidit corona capitis nostri : ue nobis quia peccauimus » ; quarto propter pene timorem, Ps. « Ibi dolores ut parturientis » etc.

121 dormietis *coni. ex Vulg.*] dormire Bo F dormite π 122 in *om.* Fπ 130 Dominus] *spat. vac. add.* Bo 131 uerbo *om.* Boπ 135 ei] et pacem habuit *add. codd.* (*ex* Iob IX[4]) 138 tuus] *spat. vac. add.* Bo 147 quarto] quinto Boπ

122 Cf. vers. 1. 130 Rectius Os. III[1]. 131 Cf. vers. 5. 133 Rectius Eccli. IV[30]. 136 Rectius XLI[12]. 138 Rectius Os. IV[4]. 139 Cf. vers. 11. 146 Thren. V[16]. 148 Ps. XLVII[7].

CAPITVLVM LI

[1] Audite me qui sequimini quod iustum est et queritis Dominum. Attendite ad petram unde excisi estis et ad cauernam laci de qua precisi estis ; [2] attendite ad Abraham patrem uestrum et ad Saram que peperit uos, quia unum uocaui eum et benedixi ei et multiplicaui eum. [3] Consolabitur ergo Dominus Syon et consolabitur omnes ruinas eius ; et ponet desertum eius quasi delicias et solitudinem eius quasi ortum Domini ; gaudium et letitia inuenientur in ea, gratiarum actio et uox laudis. [4] Attendite ad me populus meus et tribus mea ; me audite, quia lex a me exiet, et iudicium meum in lucem populorum requiescet. [5] Prope est iustus meus, et egressus est saluator meus, et brachia mea populos iudicabunt ; me insule expectabunt et brachium meum sustinebunt. [6] Leuate in celum oculos uestros et uidete sub terra deorsum, quia celi sicut fumus liquescent et terra sicut uestimentum atteretur et habitatores eius sicut hec interibunt ; salus autem mea in sempiternum erit et iustitia mea non deficiet. [7] Audite me qui scitis iustum :

Audite me qui sequimini. Hic excludit secundum impedimentum liberationis quod posset credi ex ipsa oppressione et humiliatione Iudeorum. Et diuiditur in tres : in prima excluditur impedimentum deiectionis ex eorum paucitate ; in secunda ex opprimentium potestate : *Audite me* ; in tertia ex penarum grauitate : *Ego sum qui conturbo.*

Circa primum tria. Primo excitat attentionem, ponens eorum ydoneitatem : *qui sequimini*, bonis operibus, *et queritis*, recta intentione, Ps. « Diuites eguerunt et esurierunt, inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono ». Secundo excludit paucitatis timorem ; tertio ponit promissionis firmitatem : *Levate in celum.*

Circa secundum tria. Primo ponit exemplum : *Attendite ad petram*, scilicet Abraam, propter eius senectutem, *excisi*, quasi uiolenter, non secundum cursum nature ; *cauernam*, scilicet Sarram, cui « desierant fieri muliebria », Gen. XVIII[11], Ro. X « Non considerauit corpus suum », cum esset iam « emortuum », in quo ostenditur quod Deus potens est fecundare ; *quia unum uocaui*, Gen. XII[1], Ez. XXXIV « Vnus erat » etc.

Et concludit diuine consolationis beneficium : *Consolabitur*, quantum ad reedificationem ciuitatum, *omnes ruinas*, Ez. XIV[22] « Consolamini super malo quod induxi in Ierusalem in omnibus » ; quantum ad culturam agrorum : *et ponet desertum*, id est terram uestram que prius erat deserta, Ier. XXXI[12] « Erit anima eorum » ; et quantum ad letitiam hominum : *gaudium*, supra XXX[29] « Canticum erit uobis ».

Tertio <ponit> executionis modum : *Attendite ad me.* Et primo ponit diuinam intentionem : *lex*, preceptum Cyri de liberatione populi, *iudicium*, ex iustitia Domini promulgata, *in lucem*, consolationem, supra IX[2] « Habitantibus in regione umbre mortis lux orta est eis ». Secundo ponit iudicii propinquitatem : *Prope est iustus*, scilicet Cyrus uel Christus, *egressus*, iam in prescientia mea, supra XLVI[13] « Prope feci iustitiam ». Tertio ponit iudicii utilitatem : *brachia*, potentes, *mea* uirtute, Cyrus et Darius ; *insule*, diuerse gentes, in me sperabunt, uidentes populi liberationem, supra XLII[4] « Ponet in terra iudicium ».

Leuate in celum. Hic ostendit diuine promissionis firmitatem per comparationem ad creaturarum mutationem. Vnde primo ponit creature mutabilitatem : *liquescent*, quantum ad figuram et quantum ad substantiam, I Cor. VII ; et similiter dicendum de aliis, Ps. « Initio tu, Domine, terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt celi ». Secundo diuine promissionis firmitatem : *salus*, quam promitto, uel quia hoc ex me numquam deerit quin sim paratus saluare et iustitiam facere, Luce XXI[33] « Celum et terra transibunt, uerba autem mea non transient ».

Audite me. Hic excludit impedimentum quod

6 opprimentium] prementium F 11 inquirentes...bono] etc. π 16 petram F] patrem *cet.* 20 iam F] *om. cet.* 23 Ez. ...etc. F] *om. cet.* 30 Ier. ...eorum F] *om. cet.* 33 < ponit > *suppl.*] *om. codd.* 41 iustitiam] *spat. vac. add.* Bo 48 primo ponit *inv.* F 50 I Cor. VII F] *om. cet.*

7 Vers. 15. 10 Ps. XXXIII[11]. 19 Rectius Rom. IV[19]. 23 Ez. XXXIV : rectius XXXIII[24]. 50 I Cor. VII[31] « Praeterit enim figura huius mundi ». 51 Ps. CI[26]. 57 transient : « transibunt » Ω *Clem.*

populus, lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobrium hominum et blasphemias eorum ne metuatis. [8] Sicut enim uestimentum sic comedet eos uermis et sicut lanam sic deuorabit eos tinea. Salus autem mea in sempiternum erit, et iustitia mea in generationes generationum. [9] Consurge, consurge, induere fortitudinem brachium Domini; consurge sicut in diebus antiquis, in generationibus seculorum. Nunquid non tu percussisti superbum, uulnerasti draconem? [10] Nunquid non tu siccasti mare, aquam abyssi uehementis, qui posuisti profundum maris uiam ut transirent liberati? [11] Et nunc qui redempti sunt a Domino reuertentur et uenient in Syon laudantes, et letitia sempiterna super capita eorum, gaudium et letitiam tenebunt, fugiet dolor et gemitus. [12] Ego, ego ipse consolabor uos. Quis tu ut timeas ab homine mortali et a filio hominis qui quasi fenum ita arescet? [13] Et oblitus es Domini creatoris tui qui tetendit celos et fundauit terram, et formidasti iugiter tota die a facie furoris eius qui te tribulabat et parauerat ad perdendum. Vbi nunc est furor tribulantis?

timeri poterat ex oppressione, quantum pertinet ad potestatem opprimentium. Et circa hoc duo facit: primo ponitur Domini confortatio, secundo prophete disceptatio: *Consurge*. Circa primum quatuor. Primo excitat attentionem: *qui scitis iustum*, id est iustitiam quam in iudiciis meis uobis reuelaui, Ps. « Non fecit taliter omni nationi, et iudicia sua non manifestauit eis »; *in corde*, in cognitione, Prou. IV[21] « Ne recedant ab oculis tuis, custodi ea in medio cordis tui ». Secundo excludit timorem: *Nolite timere*; *hominum*, qui uos contemptui habent, de sua potentia gloriantes, Ps. « Ego sum uermis et non homo, opprobrium hominum et abiectio plebis ». Tertio ostendit eorum fragilitatem: *Sicut enim uestimentum*, Iob XIII[28] « Qui quasi uestimentum quod comeditur a tinea ». Quarto diuini auxilii firmitatem: *Salus autem*, supra XLV[17] « Israel saluabitur in Domino ».

Nota super illo uerbo *ponet desertum eius quasi delicias*, quod sancti habent duplices delicias. Primas glorie, que consistunt primo in plena Dei uisione, Iob XXII[26] « Tunc super Omnipotentem deliciis affluues »; secundo in perfecta dilectione; tertio in copiosa refectione; quarto in eminenti auctoritate. Secundas gratie, que consistunt primo in perceptione diuini luminis, Ps. « Nox illuminatio mea in deliciis meis »; secundo in proposito uel sollicitudine boni operis, Eccl. V[19] « Non recordabor dierum »; tertio in ornatu uirtutum, Cant. VII[6] « Quam pulcra es et quam decora in deliciis »; quarto in quiete cordis, infra LVIII[13] « Vocaberis sabbatum delicatum ».

Consurge. Hic proponitur prophete ad Deum disceptatio, quasi: non contenderim quod hostes populi aliter quam diuina fortitudine confundantur uel consumantur. Vnde primo ponitur prophete petitio, secundo Domini responsio: *Ego, ego*.

Circa primum duo. Primo ponit suam petitionem, in qua inuocat diuine potentie brachium: *et brachium Domini*, id est uirtus Dei; *consurge*, quasi a sompno, Ps. « Exurge, quare obdormis Domine »; *induere*, sicut miles arma bellica ad hostes nostros impugnandum, Ps. « Induit Dominus fortitudinem, et precinxit se uirtute », Iob XXXIX « Si habes brachium sicut Deus ». Allegat etiam diuine fortitudinis signum in occisione Pharaonis: *Numquid non tu percussisti superbum, draconem*, Pharaonem, de quo Ez. XXIX[3] « Draco magne » etc.; et in diuisione maris: *Numquid* etc., Iob XXXVI[22] « In fortitudine eius » etc.

Secundo annuntiat populo sue petitionis exauditionem: *Nunc*, sicut fuit in exitu de Egypto, *qui redempti* de captiuitate Babilonis, Baruc « Quia reducit eos Dominus » etc.

Ego, ego. Hic ponitur Domini responsio ad populum colloquentis. Et primo promittit consolationem: *consolabor*, II Cor. I[3] « Benedictus Deus et Pater Domini nostri », et infra « et Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra ».

Secundo excludit hostium timorem, ponens eorum fragilitatem: *Quis es tu? quasi fenum*, supra XL[6] « Omnis caro fenum, et omnis gloria eius quasi flos agri »; et Dei protegentis potestatem: *Et oblitus*, Deut. XXXII[18] « Deum qui te genuit dereliquisti, et oblitus es Domini creatoris tui »; et hostis insultationem: *Vbi est, tribulantis*,

63 quatuor] facit *add.* F 65 et...eis] etc. π 71 opprobrium...plebis] etc. π 84 Secundas] -de Fπ 88 recordabor] -bitur *Vulg.* 92 proponitur] ponitur Fπ 107 de quo...etc. F] *om. cet.* 108 etc. Iob...etc. F] *om. cet.* 112 Baruc...etc. F] *om. cet.*

65 Ps. CXLVII[20]. 71 Ps. XXI[7]. 78 Cf. vers. 3. 85 Ps. CXXXVIII[11]. 100 Ps. XLIII[23], 102 Ps. XCII[1] cum Psalt. rom.; « Indutus est... fortitudine » Ω *Vulg.* 103 Rectius Iob XL[4]. 106 Pharaonem...magne: cf. Hugo. 112 Cf. Bar. IV[29]. 117 infra: ibid. et vers. 4.

[14] Cito ueniet gradiens ad aperiendum et non interficiet usque ad internicionem nec deficiet panis eius. [15] Ego autem sum Dominus Deus tuus qui conturbo mare, et intumescunt fluctus eius ; Dominus exercituum nomen meum. [16] Posui uerba mea in ore tuo et in umbra manus mee protexi te, ut plantes celos et fundes terram et dicas ad Syon : Populus meus es tu. [17] Eleuare, eleuare, consurge Ierusalem, que bibisti de manu Domini calicem ire eius. Vsque ad fundum calicis soporis bibisti et epotasti usque ad feces. [18] Non est qui sustentet eam ex omnibus filiis quos genuit, et non est qui apprehendat manum eius ex omnibus filiis quos enutriuit. [19] Duo sunt que occurrerunt tibi ; quis contristabitur super te? Vastitas et contritio et fames et gladius ; quis consolabitur te ? [20] Filii tui proiecti sunt, dormierunt in capite omnium uiarum sicut orix illaqueatus, pleni indignatione Domini, increpatione Dei tui. [21] Idcirco audi hoc paupercula, et ebria et non a uino. [22] Hec dicit dominator tuus Dominus et Deus tuus qui pugnauit pro populo suo : Ecce tuli de manu tua calicem soporis, fundum calicis indignationis mee, non adiciam ut bibas illum ultra. [23] Et ponam illum in manu eorum qui te humiliauerunt et dixerunt anime tue : Incuruare ut transeamus ; et posuisti ut terram corpus tuum et quasi uiam transeuntibus.

Nabuchodonosor uel Sennacherib, Iob XX[6] « Si ascenderit in celum superbia tua ».

Tertio ostendit consolationis ordinem : *Cito ueniet*, scilicet Cyrus, *ad aperiendum* carcerem captiuis, *non interficiet* uos sicut alii reges Caldeorum, *nec deficiet* uobis *panis* sustentationis ipsius, supra XXXIII[16] « Panis ei datus est », supra XLII[6] « Dedi te in fedus populi mei »,

Ego autem. Hic excludit impedimentum quod posset putari ex eorum deiectione, quantum pertinet ad penarum magnitudinem. Et primo ponit Dei confortantis potestatem : *Ego sum qui conturbo mare*, contra peccatores diuersas tribulationes immittens, Ps. : Sciant « quoniam iustus Dominus, et iustitias dilexit ». Secundo prophete concessam auctoritatem : *Posui uerba*, o Ysaias ; *celos*, id est plantandos predicas maiores de populo, *terram*, minores ; uel *plantes*, tuis doctrinis. Tertio promittit a penis liberationem : *Eleuare* ; et circa hoc duo facit : primo ostendit preteritam afflictionem, secundo promittit liberationem.

Circa primum tria. Primo ostendit pene cumulum : *Vsque ad fundum*, quasi ad ultimum penarum perpessa ; *soporis*, id est mortis, Ps. « Calix in manu Domini uini meri plenus mixto ».

Secundo excludit omne humanum remedium, scilicet defensionis : *Non est qui sustentet* ; liberationis : *Non est qui* <*apprehendat*> ; compassionis : *Duo* ; in rebus *uastitas*, cuius effectus est fames, in personis *contritio*, cuius ultimum est gladius occidens, Ier. XV[2] « Qui ad gladium, ad gladium » ; et consolationis : *Quis consolabitur ?*, Tren. I[2] « Non est qui consoletur eum ex omnibus caris eius », Eccl. IV[1] « Vidi calumpnias » etc.

Tertio ostendit huius rationem : *Filii tui proiecti* a terra sua, *in capite uiarum* quiescentes in uia, quando ducebantur in captiuitate. *Sicut orix*, orix oricis, animal immundum, mus aquaticus, uel animal multum dormiens, scilicet lira, uel quedam auis que in Africa ; uel orix origis, animal mundum simile capreo, de quo Deut. XIV[5] ; secundum LXX : *beta*, que est quedam herba cito solis ardore deficiens, uel genus olerum uilissimum ; Naum III[10] « Paruuli eius allisi » etc.

Idcirco. Hic promittit liberationem, et circa hoc duo facit : primo eorum liberationem : *Ebriamini, et non a uino*, sed amaritudine penarum, Tren. III[15] « Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absinthio » ; *qui pugnauit*, in exitu de Egypto, Exo. XIV[14] « Dominus enim pugnabit pro uobis ». Secundo hostium punitionem : *Et ponam illum* ; *dixerunt anime tue : Incuruare* sub potestate nostra, adeo te uiliter tractantes sicut lutum quod conculcatur, Ps. « Populum tuum, Domine, humiliauerunt, et hereditatem tuam uexauerunt », Ier. XLIX[12] « Ecce quibus non erat iudicium » etc.

128 tua] inde detraham(traham π) te *add.* Bo π (*ex* Abd.[4] *?*) 139 conturbo *coni.*(*cf. supra lin.* 7)] -baui *codd.* 140 Sciant] sciens F 145 Eleuare] -ate Fπ 148 tria] facit *add.* F 154 < apprehendat > *suppl.*] *om. codd.* 159 eum] eam *cum Vulg.* F[1]OmV 160 Eccl. ... etc. F] *om. cet.* 162 capite *coni. ex Vulg.*] captiuitatem(-te π) Bo π captiuarum F 163 captiuitate] -tem F orix...oricis *coni.*] onix... onicis *codd.* 165 multum] mutum π nutritum F 166 orix origis *coni.*] onix onigis *codd.* 167 capreo] campo Fπ 170 uilissimum] utilissimum Fπ 170 Naum...allisi etc. F] *om.cet.* allisi] elisi *Clem.* 172 Ebriamini] -iamur π ebria *Vulg.* 181 Ier. ...etc. F] *om.cet.*

140 Ps. x[8]. 150 Ps. LXXIV[9]. 164-167 orix...Deut. XIV : cf. Barthol. Angl. *De propriet. rerum* XVIII c.78. 168 herba...deficiens : cf. Haymo (980 D). 169 uel... : cf. Isid. *Etym.* XVII c.10 n.15 (PL 82, 637). 180 Ps. XCIII[5].

CAPITVLVM LII

[1] Consurge, consurge, induere fortitudine tua Syon, induere uestimentis glorie tue, Ierusalem ciuitas Sancti, quia non adiciet ultra ut pertranseat per te incircumcisus et immundus. [2] Excutere de puluere, consurge, sede, Ierusalem ; solue uincula colli tui, captiua filia Syon. [3] Quia hec dicit Dominus : Gratis uenundati estis et sine argento redimemini. [4] Quia hec dicit Dominus Deus : In Egyptum descendit populus meus in principio ut colonus esset ibi, et Assur absque ulla causa calumpniatus est eum. [5] Et nunc quid michi est hic? dicit Dominus, quoniam ablatus est populus meus gratis. Dominatores eius inique agunt, dicit Dominus, et iugiter tota die nomen meum blasphematur. [6] Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipse qui loquebar ecce assum.

Consurge, consurge. Hic excludit tertium impedimentum liberationis, quod poterat dubitari ex inopia rerum, promittens eis gratuitam liberationem. Et diuiditur in duas partes : primo enim predicit liberationem Iudeorum a Babiloniis, secundo liberationem gentium a peccatis : *Ecce intelliget.* Circa primum duo : primo predicit liberationem, secundo liberationis ordinem : *Parabit Dominus.* Circa primum tria : primo promittit liberationem gratuitam ; secundo assignat liberationis causam : *Quia hec dicit Dominus Deus* ; tertio indicit liberatis letitiam : *Quam pulcri.*

Promittitur autem eis liberatio tribus modis. Primo ab oppressione hostium, quantum ad bona que recuperauerunt : *Consurge,* a debilitate qua hostibus resistere non poteras, et ideo dicit : *induere fortitudine* sicut armis militaribus, *Syon,* in qua erat arx ad defensionem ciuitatis ; *consurge* a miseria quam incurristi spoliantibus hostibus, et ideo dicit : *induere uestimentis glorie tue.* Gloria ciuitatis est frequentia ciuium, pulcritudo uiarum, opulentia rerum, Baruc v[1] « Exue te, Ierusalem, stola luctus et uexationis tue, et indue te decorem et honorem eius que a Deo est tibi in sempiternam gloriam ». Et quantum ad hostes quos euaserunt : *quia non adiciet ut pertranseat,* quasi uastans uel dominans, *incircumcisus,* quantum ad hostes gentiles, *immundus,* quantum ad proditores ex eodem populo, supra xxxv[8] « Via sancta uocabitur » etc., Apoc. xx « Non intrabit in eam aliquid coinquinatum ».

Secundo promittit liberationem a uilitate inhabitantium, quia derelicti sunt de pauperibus terre, sicut dicitur IV Reg. ult. et Ier. ult. ; *Excutere de puluere* uilitatis, *consurge,* resistens aduersariis tuis, et tunc deinde *sede,* quieta, I Reg. II[8] « Suscitans de puluere egenum ».

Tertio promittit liberationem a detentione captiuorum, predicens liberationis beneficium : *Solue uincula,* id est exi de captiuitate, Leui. xxv « Confregi catenas tuas ». Et ostendit liberationis modum : *Quia hec dicit Dominus : Gratis uenundati estis,* quasi dicat : nulla beneficia uobis prestiterant qui uos captiuauerunt ; *redimemini,* a captiuitate Babilonis per Cyrum, supra xlv[13] « Captiuitatem meam dimittet » etc., Ps. « Vendidisti populum tuum sine pretio ».

Quia hec dicit. Hic assignat liberationis duas causas, scilicet calumpniam populi et blasphemiam Dei. Et primo allegat calumpniam : *In Egyptum, in principio,* in patribus, Gen. xlvi et xlvii ; *ut colonus,* et ita aliquod ius habebant opprimendi eos ex beneficiis impensis ; *et Assur,* sub quibus etiam Caldei includuntur, *absque ulla causa,* nulla beneficia eis prestans. Si ergo liberationem abegit, *quid michi est?,* id est quid impedit quod modo non liberem Ierusalem?

Secundo sententiam pronuntiat : *quia ablatus est,* de terra sua ; *Dominatores,* qui sibi dominium usurpauerunt, scilicet Caldei ; *et* quoniam *iugiter blasphematur,* quasi non possim populum meum liberare, Ez. xxxvi[23] « Sanctificabo nomen meum magnum quod pollutum est inter gentes » ; *Propter hoc in die illa* liberationis, *qui loquebar*

1 tertium *scripsi.*] .3.Bo tria Fπ impedimentum] -ta π 4 partes F] *om. cet.* 9 promittit π] premittit *cet.* 18 arx] arxs F ars *cet.* 29 supra...etc. F] *om. cet.* 36 Suscitans] -tat *Vulg.* 39 predicens F] precedens *cet.* 41 tuas] ceruicum uestrarum *Vulg.* 43 uobis prestiterant *inv.* Fπ 44 captiuauerunt] -uerant Fπ 45 supra...etc. F] *om. cet.* 46 uendidisti F] -distis *cet.*

6 Vers. 13. 8 Vers. 10. 11 Vers. 4. 12 Vers. 7. 30 Rectius Apoc. xxi[27]. 34 IV Reg. xxv[12] ; cf. xxiv[14]. Ier. lii[16]. 40 Rectius Lev. xxvi[13]. 45 per Cyrum...dimittet : cf. Hugo. 46 Ps. xliii[13]. 59 de terra sua : cf. Hugo et *Glossa interlin.*

[7] Quam pulchri super montes pedes annuntiantis et predicantis pacem, annuntiantis bonum, predicantis salutem, dicentis Syon : Regnabit Deus tuus. [8] Vox speculatorum tuorum ; leuauerunt uocem, simul laudabunt, quia oculo ad oculum uidebunt cum conuerterit Dominus Syon. [9] Gaudete et laudate simul deserta Ierusalem, quia consolatus est Dominus populum suum, redemit Ierusalem. [10] Parauit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium, et uidebunt omnes fines terre salutare Dei nostri. [11] Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere, exite de medio eius ; mundamini qui fertis uasa Domini. [12] Quoniam non in tumultu exibitis nec in fuga properabitis ; precedet enim uos Dominus et congregabit uos Deus Israel.

promittens, *assum* ad explendum, Baruc III[38] « Post hec in terris uisus est et cum hominibus conuersatus est », Hebr. I[1-2] « Multifarie multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in Filio », si exponatur mystice de aduentu Christi.

Quam pulcri. Hic indicit liberatis letitiam. Et primo describit letitiam quantum ad receptionem nuntiorum qui uenientes de Caldea eam nuntiauerunt : *pulcri*, quia pulcrum et delectabile erat populo talia annuntiantes audire ; *super montem*, ut multi audiant ; *predicantis* publice *pacem* a Cyro restitutam, *bonum* subsidii promissi, *salutem* a captiuitate ; *Regnabit*, quasi ultra tantum Deus in te regnabit quia ipsum coles in templo reparato, Naum II « Ecce super montes » etc.

Secundo describit letitiam quantum ad inspectionem speculatorum, qui inde redeuntes uidebant, ponens exultationis uocem : *Vox* letitie resonabit, Act. IV[24] « Vnanimiter eleuauerunt uocem ad Deum » ; et letitie rationem : *quia oculo*, quasi oculis suis uidebunt captiuos uenientes, supra XXXIII[20] « Oculi tui uidebunt Ierusalem ». Tertio quantum ad peruentionem captiuorum : *Gaudete*, supra XXXV[1] « Letabitur deserta et exultabit solitudo ».

Nota super illo uerbo *Induere uestimentis*, quod sancti habent uestimenta uirtutum de quibus gloriantur : et ista primo sunt ad protegendum, infra LXI[10] « Induit me Dominus uestimentis salutis et indumento iustitie circumdedit me » ; secundo ad calefaciendum, Prou. ult. « Non timebit domui sue a frigoribus niuis, omnes enim domestici eius uestiti duplicibus » ; tertio ad ornandum, Apoc. « Vestimentis albis ».

Hec uestimenta primo debent esse candida in honestate operis, Eccl. IX[8] « Omni tempore uestimenta tua sint candida » ; secundo munda in rectitudine intentionis, supra X « Vestimentum mixtum sanguine erit in combustione » ; tertio odorifera per fame diuulgationem, Cant. IV[11] « Odor uestimentorum tuorum sicut odor thuris ».

Item super illo *Solue uincula*, nota quod sunt uincula a quibus soluit Deus : primo mundane sollicitudinis, Iob XXXIX[5] « Quis dimisit onagrum liberum et uincula eius quis soluit? » ; secundo carnalis amoris, Eccl. VII[27] « Inueni amariorem morte mulierem, et uincula eius » etc. ; tertio peruerse actionis, Ps. « Eduxit eos de tenebris et umbra mortis, et uincula eorum disrupit » ; quarto praue consuetudinis, supra V[18] « Ve qui trahitis iniquitatem ad iniquitatem, et quasi uinculum plaustri peccatum ».

Item sunt uincula a quibus Deus non soluit : primo caritatis, Osee XI « In funiculis caritatis traxi eos » ; secundo diuine legis, Ier. II[20] « A seculo confregisti iugum » ; tertio diuine instructionis, Eccli. VI[26] « Subice humerum tuum et porta illam et ne accidieris uinculis eius ».

Parabit Dominus. Hic exequitur liberationis ordinem. Et primo ponit manifestum Dei auxilium : *brachium*, scilicet uirtutem suam quam omnes in hoc facto aduertere potuerunt, Ps. « Viderunt omnes fines terre salutare Dei nostri ». Secundo indicit captiuis egressum : *Recedite*, scilicet de Babilonia ; *pollutum*, nolite inter eos pollutos conuersari, Apoc. XVIII[4] « Exite de illa, populus meus ». Tertio docet egrediendi modum quantum ad puritatem : *mundamini*, sacerdotes ; quantum ad securitatem : *<non> in tumultu exibitis*, scilicet belli, sicut de Egypto, Ps. « Eduxit populum suum » ; quantum ad ductorem : *precedet*,

80 Naum...etc. F] *om. cet.* 83 exultationis] exaltationis Fπ 87 Ierusalem] preceptorem tuum *add. codd.*(*ex* Is. XXX[20]) 98 uestiti *om.* F 99 Apoc.] *spat. vac. add.* Bo 109 onagrum] suum *add.* F 112 etc. *coni.*] plena sunt dolo *codd.*(*cf.* Eccli. XIX[28]) 116 ad iniquitatem] in funiculis uanitatis *Vulg.* 120 traxi] traham *Clem.* 123 accidieris] -detis Fπ 124 Parabit] -auit F 127 aduertere F] auertere *cet.* 130 eos] omnes F 134 < non > *suppl.*] *om. codd.* 135 Ps....suum F] *om. cet.*

80 Rectius Nah. I[15]. 91 Cf. vers. 1. 96 Prov. XXXI[21]. 99 Apoc. III[18]. 103 Is. IX[5]. 107 Cf. vers. 2. 113 Ps. CVI[14]. 116 ad iniquitatem : « in funiculis uanitatis » Ω *Vulg.* 119 Cf. Os. XI[4]. 127 Ps. XCVII[3] ; « fines » cum Psalt. rom., « termini » Ω *Vulg.* 135 Ps. CIV[42].

13 Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur et eleuabitur et sublimis erit ualde; 14 sicut obstupuerunt super te multi, sic inglorius erit inter uiros aspectus eius et forma eius inter filios hominum. 15 Iste asperget gentes multas, super ipsum continebunt reges os suum, quia quibus non est narratum de eo uidebunt et qui non audierunt contemplati sunt.

quasi dux, *et congregabit*, quasi pastor, Ez. xxxvi[24] « Tollam quippe uos de gentibus et congregabo uos de uniuersis terris, et reducam uos in terram uestram ».

Ecce intelliget. Hic predicit liberationem gentium a seruitute peccati per Filium Dei factam. Et primo describit liberatorem quantum ad gratie eminentiam : *intelliget*, quantum ad sapientie plenitudinem ; *seruus*, secundum naturam assumptam, Christus, Phil. ii[7] « Formam serui accipiens », Prou. xiv[35] « Acceptus est » etc., et i[5] « Intelligens gubernacula » etc. ; *exaltabitur*, quantum ad uirtutum operationem, Ps. « Exaltare, Domine, in uirtute tua » ; *eleuabitur*, quantum ad ascensionem, Ps. « Quoniam eleuata est magnificentia tua super celos », Eph. iv[10] « Qui descendit, ipse est et qui ascendit » ; *et sublimis*, sedens ad dexteram Patris, supra iv[2] « Erit germen Domini in magnificentia et gloria, et fructus terre sublimis » ; et quantum ad passionis ignominiam : *sicut* enim *obstupuerunt*, exemplis, miraculis et doctrinis, Matth. xii[23] « Stupebant omnes turbe » super doctrina eius et miraculis que faciebat, *inglorius*, in passione, *et forma*, species siue decor, Ps. « Ego sum uermis et non homo, opprobrium hominum et abiectio plebis ».

Secundo predicit liberationem quantum ad peccatorum remissionem : *Iste asperget*, aspersione sanguinis, I Petri i[2], et aqua baptismi, Hebr. x[22] « Aspersi corda » etc. ; quantum ad ipsius uenerationem : *super ipsum*, tacentes ad auscultandum, non presumentes ad secreta ipsius tractandum, Iob xxix[9] « Principes cessabant loqui » ; et quantum ad ueritatis cognitionem : *quia quibus*, scilicet gentibus, *non erat*, per prophetas, *uidebunt*, corde, *audierunt* ipsum personaliter predicantem, infra lxv[1] « Ecce ego ad gentes que nesciebant me et que non inuocabant nomen meum ».

147 xiv] 14 F 4 Bo iiij π etc. et ... etc. F] regi minister intelligens *cet.* 151 Quoniam *om.* Fπ 158 doctrina] -nam Fπ
161 opprobrium hominum *om.* Fπ et...plebis *om.* π 165 I Petri i F] *om. cet.* Hebr. ...etc. F] *om. cet.* 169 cessabant] -bunt Fπ

149 Ps. xx[11]. 151 Ps. viii[6]. 160 Ps. xxi[7]. 171 gentibus...predicantem : cf. *Glossa interlin.*

CAPITVLVM LIII

[1] Quis credidit auditui nostro? Et brachium Domini cui reuelatum est? [2] Et ascendet sicut uirgultum coram eo et sicut radix de terra sitienti. Et non est species ei neque decor; et uidimus eum, et non erat aspectus. Et desiderauimus eum [3] despectum et nouissimum uirorum, uirum dolorum et scientem infirmitatem; et quasi absconditus uultus eius et despectus :

Quis credidit? Hic incipit ponere remedia contra dicta impedimenta. Et primo contra peccatum promittit Christi passionem; secundo contra depressionem promittit exaltationem, cap. LIV *Lauda sterilis*; tertio contra paupertatem promittit gratuitam rerum fruitionem : *Omnes sitientes*. Circa primum duo. Primo ostendit altitudinem misterii, quia nec auditui facile creditur : *auditui*, de hiis que de Christo a te audiuimus, <Abd.[1]> « Auditum audiuimus » etc., Abacuc II « Domine audiui auditionem tuam, et timui »; nec facile uidetur : *Et brachium*, id est Filius Dei, Dei uirtus, Iob XXXIX « Si habes brachium sicut Deus ».

Secundo prosequitur ordinem facti. Et primo proponens similitudinem quantum ad ipsius exaltationem : *Et ascendet*, ex uentre matris nascendo, ex morte resurgendo, de mundo in celum ascendendo, et in fidem gentium; *sicut uirgultum*, quod in altum crescit et in latum multiplicatur, supra XI[1] « Egredietur uirga de radice Iesse et flos de radice eius ascendet ». Et quantum ad ipsius humanitatem : *et sicut radix de terra sitienti*, id est de terra sine humore, que pre siccitate indecora uidetur, sic etiam ipse ortus est de matre absque uirili humore, Apoc. ult. « Ego sum radix Dauid ».

Secundo ponit similitudinis expositionem : *non est*; et primo quantum ad humiliationem, secundo quantum ad exaltationem : *De angustia*. Circa primum duo : primo describit Christi humilitatem, secundo humiliati mansuetudinem : *Oblatus est*. Circa primum tria : primo describit humilitatis officium; secundo humiliati contemptum : *et quasi absconditus*; tertio humiliationis fructum : *Ipse autem uulneratus*.

Circa primum duo. Primo ostenditur eius humilitas quantum ad absconsionem maiestatis : *non est ei species*, quantum ad affluentiam interiorum bonorum, *neque decor*, quantum ad affluentiam exteriorum : species enim proprie respicit pulcritudinem quantum ad commensurationem membrorum, sed decor quantum ad conuenientiam coloris et aliorum circumadiacentium. Habebat siquidem speciem, quia « speciosus forma pre filiis hominum », sed latebat propter infirmitatem assumptam; habebat decorem, quia « fortitudo et decor indumentum eius », Prou. ult., sed latebat propter paupertatem seruatam : unde Cant. II[14] « Sonet uox tua in auribus meis ». Et ideo nos qui tunc increduli et postea conuersi, in quorum persona loquitur, *uidimus eum*, corporaliter, *et non erat aspectus* magnificus, secundum quod dicitur quod species Priami digna est imperio.

Secundo ostenditur eius humilitas quantum ad ostensionem infirmitatis : *Et desiderauimus eum*, cum desiderio expectantes quasi magnum redemptorem, Agei II[8] « Ecce ueniet desideratus cunctis gentibus », et in dignitate; contra quod uidimus eum *despectum*, inglorium, *nouissimum uirorum*, propter turpissimum genus mortis, Sap. II[20] « Morte turpissima condempnemus eum », Prou. XXX[2] « Stultissimus sum uirorum ». Magnum etiam in prosperitate; contra quod inuenimus eum *uirum dolorum*, quasi miserum, doloribus plenum, Tren. I[12] « O uos omnes qui transitis per uiam, attendite et uidete si est dolor sicut dolor meus ». Magnum etiam in potestate; contra quod inuenimus eum *scientem infirmitatem* per experimentum, II Cor. ult. « Nam si crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit in uirtute Dei ».

Et quasi absconditus. Hic ostendit humiliati

7 duo] facit *add.* F 9 < Abd. > *suppl.*] *om. codd.* 10 Auditum...etc. F] *om. cet.* 12 Dei[2] *om.* Fπ 13 XXXIX] 29 F F[1] XXIX π(-F[1]) 29 duo] f<acit> *add.* F 35 duo] f<acit> *add.* F 42 habebat] -bit Fπ 49 et postea] postmodum F 56 Ecce] et *Clem.* 60 Prou. ...uirorum F] *om. cet.* 64 O uos *om.* Fπ

6 Cf. cap. LV[1]. 10 Rectius Hab. III[2]. 13 Rectius Iob XL[4]. 16-18 ex uentre...gentium : cf. *Glossa interlin.* ex Haym. (988 B). 25 Apoc. XXII[16]. 28 Vers. 8. 31 Vers. 7. 33 Vers. 3. 34 Vers. 5. 43 speciosus... : Ps. XLIV[3]. 46 Prov. XXXI[25]. 52 dicitur... : item Thomas *Super Sent. III* d.13 q.3 a.1, *De virt. in comm.* a.1 ad 2 et alibi; cf. Porphyrius *Isagoge* (Transl. Boetii) 4, 1 « Primum quidem species digna imperio » (*Arist. latinus* I 6-7, p. 8 lin. 18-19, cum apparatu). 68 II Cor. XIII[4].

unde nec reputauimus eum. [4] Vere languores nostros ipse tulit et dolores nostros portauit; et nos reputauimus eum quasi leprosum et percussum a Deo et humiliatum. [5] Ipse autem uulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra; disciplina pacis nostre super eum, et liuore eius sanati sumus. [6] Omnes nos quasi oues errauimus, unusquisque in uiam suam declinauit, et Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum. [7] Oblatus est quia ipse uoluit, et non aperuit os suum.

contemptum. Et primo quantum ad maiestatem absconsam in subtractione honoris : *quasi absconditus*, latens maiestas sub infirmitate carnis, *unde nec reputauimus*, debitum honorem non impendendo, supra XLV[15] « Vere tu es Deus absconditus ». Secundo quantum ad infirmitatem ostensam, ponens infirmitatis signum : *Vere*, sicut uerus homo, *languores*, infirmitates sicut famem, sitim, *tulit*, sustinuit, *dolores* sensibiles in passione et tristitiam; uel *languores*, peccata abstulit a nobis; uel loco nostri penas sustinuit, I Petri II[24] « Peccata nostra pertulit super lignum ». Ponens etiam contemptum : *et nos reputauimus quasi leprosum*, immundum et peccatorem, et ideo *percussum a Deo* pro peccatis suis, quantum ad penas, *et humiliatum*, quantum ad ignominias, Iob XXII[5] « Propter malitiam tuam plurimam, et infinitas iniquitates tuas », et XXXIX « Abhominantur » etc.

Nota super illo uerbo *Et brachium Domini cui reuelatum est?*, quod Christus est brachium : primo ad flagellandum demones, Ps. « In brachio uirtutis tue dispersisti inimicos tuos »; secundo ad supportandum debiles, supra XL[11] « In brachio suo leuabit agnos »; tertio ad defendendum fideles, Sap. V[17] « Dextera sua reget eos ».

Item super illo *uirgultum*, quod Christus est uirga : primo ad percutiendum, Num. XXIII « Orietur stella ex Iacob et consurget uirga de Israel »; secundo ad sustentandum, Ps. « Virga tua et baculus tuus, ipsa me consolata sunt »; tertio ad dirigendum, Ps. « Virga directionis tue ».

Item super illo *radix de terra*, quod Christus est radix primo propter absconsionem, Eccli. I[6] « Radix sapientie cui reuelata est? »; secundo propter nutrimenti ministrationem, Ier. XVII[8] « Erit tamquam lignum quod ad humorem mittit radices »; tertio propter totius arboris sustentationem, Ro. XI[18] « Non tu radicem portas ».

Ipse autem uulneratus. Hic ponit humiliationis siue passionis fructum. Et primo assignat rationem mouentem : *Ipse autem*, non sicut putauimus, sed *uulneratus* spinis, clauis, lancea, *propter iniquitates nostras* tollendas, *attritus* flagellis et alapis. Vel *uulneratus* quantum ad id quod dicit : *percussum*; *attritus* quantum ad id quod dicit : *humiliatum*, Tren. IV[20] « Spiritus oris nostri christus dominus ».

Secundo ostendit utilitatem consequentem in reconciliatione pacis : *Disciplina pacis*, id est ipse pro nobis disciplinam correptionis sustinuit, per quam pacem habemus accessum ad Deum, Ro. V[10] « Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii eius »; et in restitutione perdite sanitatis : *liuore*, quem ex uirgis habuit, I Petri II[24] « Cuius liuore sanati estis », Ps. « Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas ».

Tertio ostendit necessitatem imminentem ex parte nostra, quia omnes infirmi : unde omnes medico indigent, et nullus alius sufficiens remedium prebere poterat, Ro. III[22] « Non enim est distinctio Iudei et Greci : omnes enim peccauerunt et egent » penitentia; *Omnes nos quasi oues*, I Petri II[25] « Eratis aliquando sicut oues non habentes pastorem ».

Oblatus est. Hic ostendit patientis mansuetudinem. Et primo proponit ipsam mansuetudinem, et primo quantum ad uoluntariam sui oblationem : *Oblatus est* Deo Patri pro nobis hostia, Ps. « Voluntarie sacrificabo tibi »; secundo quantum ad patientem passionem : *et non aperuit os suum*, quasi contradicens et contendens; etiam coram Herode nichil respondit, Luce XXII, Tren. IV « Ex ore Altissimi » etc. Secundo ponit similitu-

77 ponens] etiam *add.* Fπ 78 infirmitates] -tis Fπ famem] et *add.* F 86 ignominias] -niam Fπ 88 et...etc. F] *om. cet.* 95 leuabit] -auit F congregabit *cum Vulg.* pBo 96 reget] teget *Vulg.* 97 illo] uerbo *add.* F 102 tue *om. Vulg.* 103 illo] uerbo *add.* F 116 id] hoc π *om.* Bo 131 poterat] potuit F 133 penitentia] gloria Dei *Vulg.* 142 etiam] et Fπ 143 Tren. ...etc. F] *om. cet.*

88 Rectius Iob XXX[10]. 90 Cf. vers. 1. 92 Ps. LXXXVIII[11]. 95 leuabit : « congregabit » Ω *Vulg.* 97 Cf. vers. 2. 98 Rectius Num. XXIV[17]. 100 Ps. XXII[4]. 102 Ps. XLIV[7]. 103 Cf. vers. 2. 112-114 non sicut...flagellis : cf. Hugo. 125 Ps. CII[3]. 132 Iudei et Greci : ex Rom. X[12]; eodem modo a Thomas allegatur in *Lect. super Iob.* VIII[4]. 134 non habentes pastorem : ex Matth. IX[36]. 139 Ps. LIII[11]. 143 Rectius Luc. XXIII[9]. Rectius Thren. III[33].

Sicut ouis ad occisionem ducetur, et quasi agnus coram tondente se obmutescet, et non aperuit os suum. [8] De angustia et de iudicio sublatus est. Generationem eius quis enarrabit? Quia abscisus est de terra uiuentium. Propter scelus populi mei percussi eum. [9] Et dabit impios pro sepultura et diuites pro morte sua, eo quod iniquitatem non fecerit neque dolus fuerit in ore eius; [10] et Dominus uoluit conterere eum in infirmitate. Si posuerit pro peccato animam suam, uidebit semen longeuum et uoluntas Domini in manu eius dirigetur; [11] pro eo quod laborauit anima eius,

dinem : *Sicut ouis ad occisionem*, quia sine resistentia occisus, *et quasi agnus*, sine contradictione iniuriam passus, Ier. XII « Ego quasi agnus qui portatur ad uictimam ».

Nota super illo uerbo *nouissimum*, quod Christus fuit nouissimus : primo propter doloris acerbitatem, Tren. III « O uos omnes qui transitis per uiam, attendite et uidete si est dolor sicut dolor meus » ; secundo propter mortis turpitudinem, « Sap. II[20] « Morte turpissima condempnemus eum » ; tertio propter impositi criminis magnitudinem, Prou. XXX[2] « Stultissimus sum uirorum, et sapientia hominum non est mecum ».

Item super illo *uirum dolorum*, quod Christus fuit plenus doloribus : primo propter morbi necessitatem, supra I[6] « A planta pedis usque ad uerticem non est in eo sanitas » ; secundo propter gratiarum effusionem, Io. I[16] « De plenitudine eius omnes accepimus gratiam » ; tertio propter nostram obligationem, II Cor. V « In hoc Christus mortuus est » etc.

De angustia. Posita humilitate passionis, hic incipit ponere exaltationis gloriam, que est passionis premium, sicut dicitur Phil. II[9] « Propter quod Deus exaltauit illum ». Et primo quantum ad euasionem periculorum ; secundo quantum ad ultionem hostium : *Et dabit impios* ; tertio quantum ad iustificationem hominum : *<Si posuerit>* ; quarto quantum ad uictoriam rebellium : *Ideo dispertiam*.

Circa primum duo. Primo ponit premium : *De angustia*, passionis, *de iudicio* iniusto quo ab aliis iudicatus est, *sublatus est*, in resurrectione, Prou. XI[8] « Iustus de angustia liberatus est ». Secundo ponit meritum, ponens patientis dignitatem, ut ex condicione persone meritum passionis pensetur : *Generationem*, eternam qua de patre sine matre, uel temporalem qua de matre sine patre, *quis?*, quasi : nullus, naturali ratione, etsi aliqualiter inspiratione diuina, Eccli. XLIII[35] « Quis uidit eum et enarrabit? ». Ponens etiam illatam passionem : *Quia abscissus est*, per mortem a Iudeis, *de terra uiuentium*, de hac uita, Ier. XII « Venite, mittamus lignum in pane eius, et eradamus eum de terra uiuentium ». Ponens etiam ex parte Dei Patris passionis acceptationem : *Propter scelus, percussi*, percuti permisi, I Petri III[18] « Christus semel pro peccatis nostris » etc.

Et dabit impios. Hic ponit secundum, scilicet uindictam persequentium. Et primo ponit premium : *Et dabit impios*, Iudeos, in manus Romanorum, *pro sepultura*, quia ipsum in sepulcro custodiri fecerunt, Prou. XXI[18] « Pro iusto dabitur » etc. Secundo ponit meritum quantum ad uite innocentiam : *eo quod iniquitatem non fecit*, quantum ad peccatum operis, *in ore*, quantum ad peccatum oris, I Petri II[22] « Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius ». Et quantum ad mortis obedientiam : *et Dominus*, Pater, *uoluit*, et ipse obediens fuit Patri usque ad mortem, Phil. II[8] « Factus obediens usque ad mortem », I Cor. I[25] « Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus ».

Si posuerit. Hic ponit tertium, scilicet quod per ipsum completa est hominum iustificatio. Et primo ponit premium contra mortis dolorem : *Si posuerit*, propria uoluntate, Io. X[17] « Ego pono animam meam », *uidebit semen longeuum*, usque ad finem mundi filios sibi regenerari ex uirtute mortis eius, Io. XII[24] « Nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert » ; *et uoluntas dirigetur*, implebitur, *in manu*, in opere eius, I Tess. IV[3] « Hec est uoluntas Dei, sanctificatio uestra ». Et contra doctrine laborem : *pro eo quod laborauit*, predicando et discurrendo,

152 attendite...meus *om.* π 158 illo] uerbo *add.* F 165 est] ut iustificati per gratiam ipsius(*cf.* Tit. III[7]) *add.* BoF 169 primo sBo] ponit *praem.* F ponit *cet.* 172 < Si posuerit > *suppl.*] *om. codd.* 173 uictoriam rebellium *inv.* F 175 duo] ponit *add.* Bo facit *add.* F 186 abscissus] -isus Fπ 187-189 de hac...uiuentium *hom. om.* π 188 Venite *om. Clem.* pane] panem *Clem.* 190 acceptationem F] acceptionem *cet.* 191 scelus] zelus Fπ I Petri...etc. F] *om. cet.* 195 manus] manu Fπ 197 Prou. ...etc. F] *om. cet.*

147 Rectius Ier. XI[19]. 149 Cf. vers. 3. 151 Rectius Thren. I[12]. 158 Cf. vers. 3. 164 Rectius Rom. XIV[9], sed ad II Cor. V[21] sane spectabat Thomas. 187 Rectius Ier. XI[19]. 217 implebitur...opere : cf. *Glossa interlin.*

uidebit et saturabitur : in scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos et iniquitates eorum ipse portabit. 12 Ideo dispertiam ei plurimos, et fortium diuidet spolia, pro eo quod tradidit in mortem animam suam, et cum sceleratis reputatus est. Et ipse peccatum multorum tulit et pro transgressoribus rogauit.

uidebit gentes ad se conuersas, *et saturabitur*, quasi habens quod intendit, Io. IV[32] « Cibum habeo manducare quem uos nescitis ».

Secundo ponit meritum quantum ad exercitium predicationis : *in scientia*, id est doctrina, Ro. V[1] « Iustificati gratis ex fide », Io. VI[69] « Domine, ad quem ibimus? Verba uite eterne habes » ; et quantum ad tormentum mortis : *iniquitates*, id est penas pro iniquitatibus, supra XLV « Ego feci, ego feram ».

Ideo dispertiam. Hic ponit quartum, scilicet uictoriam de hostibus. Et primo ponit hostium subiectionem : *Ideo dispertiam*, quasi : partem suam ei dabo, *plurimos*, qui credent in ipsum ; *et spolia fortium*, id est captiuatos a demonibus, *diuidet* discipulis suis, diuersos diuersis gentibus preponens, Osee XIII[15] « Ipse diripiet thesaurum omnis uasis desiderabilis », Ps. « Rex uirtutum dilecti dilecti, et speciei domus diuidere spolia ». Secundo ponit subiectionis rationem quantum ad mortem : *pro eo quod tradidit*, et quantum ad genus mortis : *et cum sceleratis*, Luce XXIII « Et crucifixi sunt cum eo duo nequam », Ps. « Extimatus sum cum descendentibus in lacum ». Tertio subiectorum saluationem : non enim quasi tyrampnus sibi subdidit ad uexandum, sed ad saluandum : *Et ipse peccatum multorum*, efficienter, quamuis omnium sufficienter, *tulit*, abstulit, *et pro transgressoribus* orauit, Luce XXIII[34] « Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt ».

226 gratis] igitur *Vulg.* 231-233 Hic...dispertiam *hom. om.* π 233-235 quasi...diuidet *om.* F

229 Rectius Is. XLVI[1]. 235-238 fortium...desiderabilis : cf. Hugo. 238 Ps. LXVII[19]. 242 Cf. Luc. XXIII[32-38]. 243 Ps. LXXXVII[5]. 249 orauit *cum* Ω^{MS}. ignosce...quia nesciunt : ita *III Pars* q.47 a.6 arg.1 ; cf. August. *In Ioban.* tr.31 n.9 (PL 35, 1640 ; CCL 36, 298) ; « dimitte... non enim sciunt » Ω *Clem.*

CAPITVLVM LIV

[1] Lauda sterilis que non paris, decanta laudem et hynni que non pariebas, quoniam multi filii deserte magis quam eius que habebat uirum, dicit Dominus. [2] Dilata locum tentorii tui et pelles tabernaculorum tuorum extende ; ne parcas, longos fac funiculos tuos et clauos tuos consolida. [3] Ad dexteram enim et ad leuam penetrabis et semen tuum gentes hereditabit et ciuitates desertas inhabitabit. [4] Noli timere quia non confunderis, neque erubesces ; non enim te pudebit quia confusionis adolescentie tue obliuisceris et opprobrii uiduitatis tue non recordaberis amplius. [5] Quia dominabitur tui qui fecit te, Dominus exercituum nomen eius, et redemptor tuus sanctus Israel Deus omnis terre uocabitur. [6] Quia ut mulierem derelictam et merentem spiritu uocauit te Dominus et uxorem ab adolescentia abiectam.

Lauda sterilis. Hic contra rerum deiectionem promittit exaltationis remedium. Et primo promittit multitudinem contra paucitatem ; secundo honoris restitutionem contra confusionem : *Noli timere* ; tertio prosperitatem contra pristinam aduersitatem : *Paupercula*.

Circa primum tria. Primo predicit filiorum multitudinem, indicens gratiarum actionis laudem : O *sterilis*, Ierusalem, *que non paris*, quia derelicta, deserta, *lauda* Deum pro concessis beneficiis ; laudantium iocunditatem : *decanta laudem*, est enim canticum mentis exultatio in uocem prorupta ; et iocunditatis magnitudinem : *hinni*, in modum equi, pre magnitudine uocem ad exprimendum formare non potens, Ier. XXXI[7] « Exulta in letitia Iacob », Ps. « Deo nostro sit iocunda decoraque laudatio ». Et promittens filiorum multitudinem : *quoniam multi*, quasi magis multiplicabuntur filii tui, quamuis sis deserta, quam illarum ciuitatum que uiros habent ad generandum, I Reg. II[5] « Donec sterilis peperit plurimos, et que multos habebat filios infirmata est ».

Secundo exhortatur ad loci ampliationem sub metaphora tentorii : *Dilata locum*, quantum ad solum quo extenditur ; *pelles*, quibus tegitur ; *funiculos*, quibus paxilli ligantur ; *clauos*, quibus tabule coniunguntur, uel ipsos paxillos. Et hec leguntur fuisse in tabernaculo federis, Exo. XXVI et XXXVI. Hac pro multitudine hominum oportet maiorem habitationem querere quam sit terra promissionis, supra XLIX[20] « Adhuc dicunt filii sterilitatis » etc.

Tertio predicit exhortationis impletionem : *Ad dexteram enim*, quasi undique te dilatabis : quod impletum fuit tempore Machabeorum, quando apposite fuerunt quedam ciuitates de regione Samarie et de aliis regno Iudeorum, Gen. XXIV[60] « Possideat semen tuum portas inimicorum tuorum ».

Noli timere. Hic promittit pristini honoris restitutionem contra confusionem quam prius sustinuerant ; secundo promissionis firmitatem : *Sicut in diebus Noe*. Circa primum duo facit. Primo promittit pristine confusionis obliuionem : *non confunderis*, interius, *non erubesces*, exterius, *pudebit* ex consideratione tue turpitudinis ; *obliuisceris* pre habundantia glorie, *adolescentie*, quando peccasti in deserto, *uiduitatis*, quando fuisti a Deo separata in captiuitate Babilonis, supra XLV[17] « Non confundemini, neque erubescetis », Soph. III[11] « In die illa non confunderis super cunctis adinuentionibus tuis ».

Secundo promittit pristini honoris restitutionem. Et primo ponit restitutionem quantum ad dominium : *Quia dominabitur*, supra XXVI[13] « Domine possederunt nos » ; et quantum ad coniugium : *mulierem derelictam*, Ier. III[1] « Si dimiserit uir uxorem suam, et recedens ab eo duxerit uirum alterum, numquid reuertetur ad eum ultra ? ». Secundo promittit honoris amplia-

7 tria] f<acit> *add.* F 12 prorupta] -ptam *codd.* 13 hinni] hymni Bo hini F *var. err. cet.* 17 multitudinem] magnitudinem Fπ 29 XXXVI] 16 Fπ pro] pre F 31 supra...etc. F] *om. cet.* 37 Samarie *coni.*] samum *codd.* 42 sustinuerant] -runt Fπ 51 cunctis] omnibus Bo 55 supra...nos F] *om. cet.*

4 Vers. 4. 6 Vers. 11. 12 canticum...prorupta : cf. Alan. de Insulis *Distinctiones* s.v. ' canticum ' (PL 210, 729 D). 16 Ps. CXLVI[1]. 35 tempore Machabeorum : ita Hugo h.l. 37 Samarie : v.gr. I Mach. X[80]. 43 Vers. 9. 45 interius...exterius : cf. Hugo ' Moraliter '.

Dixit Dominus Deus tuus : [7] Ad punctum in modico dereliqui te et in miserationibus magnis congregabo te. [8] In momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te et in misericordia sempiterna misertus sum tui, dixit redemptor tuus Dominus. [9] Sicut in diebus Noe istud michi est cui iuraui ne inducerem aquas diluuii ultra super terram, sic iuraui ut non irascar tibi et non increpem te. [10] Montes enim commouebuntur et colles contremiscent ; misericordia autem mea non recedet a te et fedus pacis mee non mouebitur, dixit miserator tuus Dominus. [11] Paupercula, tempestate conuulsa absque ulla consolatione, ecce ego sternam per ordinem lapides tuos et fundabo te in saphiris. [12] Et ponam iaspidem propugnacula tua et portas tuas in lapides sculptos et omnes terminos tuos in lapides desiderabiles. [13] Vniuersos filios tuos doctos a Domino et multitudinem pacis filiis tuis [14] et in iustitia fundaberis.

tionem quantum ad honorum multitudinem : *Dixit Dominus* ; *in modico*, pauca passa es respectu eorum que tibi miserando tribuam, II Cor. IV[17] « Id enim quod in presenti est, momentaneum est ». Et quantum ad durationem : *In momento*, quasi dicat : breui tempore iram meam sensisti respectu eius in quo tui miserebor, supra XXVI[20] « Abscondere modicum ». Hec autem omnia que dicta sunt mystice exponuntur de uocatione gentium, quia gentilitas prius sterilis postmodum multos filios congregauit, secundum Glosam.

Sicut in diebus. Hic ostendit promissionis firmitatem. Et primo ex prioris promissionis similitudine : *iuraui*, firmiter statui, si tamen in preceptis meis permanseris, Gen. IX[9] « Statuam pactum meum uobiscum et cum semine uestro post uos », Eccli. XLIV[19] « Testamenta seculi ». Secundo ex creaturarum stabilium operatione : *Montes enim*, quasi dicat : facilius est montes et colles immutari quam uerba mea cassari. Vel per montes et colles, mundi potentes, Ps. « Non timebimus dum turbabitur terra ».

Nota super illo uerbo *Lauda sterilis*, quod est sterilitas primo peruerse actionis, Iob XV[34] « Congregatio ypocrite sterilis » ; secundo sacre contemplationis, Gen. XXIX : Rachel erat sterilis ; tertio temporalis tribulationis, supra XLIX[20] « Adhuc dicent in auribus tuis filii sterilitatis ».

Item nota super illo *Dilata tentorium*, quod dilatandum est cor primo propter hospitis magnitudinem, Ier. XXIII[24] « Numquid non celum et terram ego impleo, dicit Dominus » ; secundo propter munerum multitudinem, infra LX[5] « Videbis et affluues et dilatabitur cor tuum » ; tertio propter uie expletionem, Ps. « Viam mandatorum tuorum cucurri ».

Item super illo *in miserationibus magnis*, quod misericordie future magne sunt : primo quia intrinsece, Ro. VIII[18] « Existimo quod non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis » ; secundo quia eterne, II Cor. IV[18] « Que enim uidentur temporalia sunt, que autem non uidentur eterna » ; tertio quia perfecte, Luce I[48] « Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes » ; quarto quia in plures extense, Luce XIV[16] « Homo quidam fecit cenam magnam et uocauit multos » ; quinto quia integre, Apoc. XX « Absterget Deus omnem lacrimam ab oculis sanctorum ».

Paupercula. Hic promittit prosperitatem contra aduersitatem. Et primo commemorat aduersitatem pristinam : *Paupercula*, Ierusalem spoliata bonis ; *tempestate*, aduersitate, supra XVIII[2] « Ad gentem conuulsam et dilaceratam » mittam te. Secundo promittit prosperitatem futuram. Et quantum ad affluentiam bonorum, proponens metaphoram : *ecce ego sternam*, quasi in pauimento, per *lapides* pretiosos significans homines uirtutibus eminentes, per *ordinem* unumquemque in ordine suo, Tob. XIII[21] « Porte Ierusalem » ; et explanans ipsam quantum ad scientie diuine doctrinam : *Vniuersos*, Ier. XXXI[33] « Dabo legem meam in uisceribus eorum, et in corde eorum scribam eam » ; quantum ad pacis habundantiam : *multitudinem*, Ps. « Pax multa diligentibus legem tuam » ; et quantum ad operum iustitiam : *et in iustitia*, supra I[27] « Syon in iudicio redimetur, et reducent eam in iustitiam ».

61 honorum] bonorum Fπ 67 supra...modicum F] *om. cet.* 77 Eccli. ...seculi F] *om. cet.* 84 actionis] operationis Fπ 89 Item *om.* F 89 illo] uerbo *add.* F 92 dicit Dominus *om.* Fπ 101 gloriam *om.* Fπ 111 primo F] *om. cet.* 113 tempestate] -atem Bo tempore statere Fπ 115 Et] primo *add.* F 120 Tob. ...Ierusalem F] *om. cet.* 121 scientie diuine *inv.* Fπ 122 Vniuersos] in *praem.* Fπ 123 corde] cordibus Fπ 128 reducent] -cet F iustitiam] -tia F

71 *Glossa marg.* ex Haymone (993 B). 81 Ps. XLV[3]. 83 Cf. vers. 1. 86 Gen. XXIX : rectius XXX[1]. 89 Cf. vers. 2. 95 Ps. CXVIII[32]. 97 Cf. vers. 7. 108 Apoc. XX : rectius XXI[4]. 125 Ps. CXVIII[165].

Recede procul a calumpnia quia non timebis et a pauore quia non appropinquabit tibi. [15] Ecce accola ueniet qui non erat mecum, aduena quondam tuus adiungetur tibi. [16] Ecce ego creaui fabrum sufflantem in igne prunas et proferentem uas in opus suum, et ego creaui interfectorem ad disperdendum. [17] Omne uas quod fictum est contra te non dirigetur, et omnem linguam resistentem tibi in iudicio iudicabis.

Secundo quantum ad carentiam malorum, promittens primo periculorum euasionem : *Recede*, id est recedes, quia calumpniam non patieris, Ps. « Humiliabit calumpniatores » ; secundo extraneorum adhesionem : *Ecce accola*, quia multi adheserunt de gentibus exeuntibus de captiuitate, infra LVI[8] « Non dicat filius aduene, qui adheret Domino, dicens : separatione diuidet me Dominus a populo suo » ; tertio promittens hostium destructionem : *Ecce ego*. Et primo ostendit promittentis potestatem, proponens similitudinem : *fabrum*, persecutorem, qui sufflat *in igne* tribulationis *uasa*, contrarios secundum uoluntatem suam, Iob XL « Flatus eius prunas » ; et exponens ipsam : *Ego creaui*, I Reg. II[6] « Dominus mortificat et uiuificat ». Secundo ponit promissionem : *Omne uas*, id est omne fictum dissipabit, quantum ad impugnantes factis, *et omnem linguam*, quantum ad impugnantes uerbis, supra XLIX « Et erunt quasi non sint ».

133 adhesionem F] euasionem *cet.* accola] acola Bo F 140 igne F] ignem *cet.* 141 contrarios] -ariorum π 142 Flatus] aliter F halitus *Vulg.* 145 omne fictum *coni.*] omnem filium *codd.*

131 id est recedes : cf. Hugo. 132 Ps. LXXI[4]. 142 Cf. Iob XLI[12] « Halitus eius prunas ardere facit ». 147 XLIX : rectius XLI[11].

CAPITVLVM LV

Hec est hereditas seruorum Domini et iustitia eorum apud me, dicit Dominus. [1] Omnes sitientes uenite ad aquas, et qui non habetis argentum properate, emite et comedite ; uenite, emite absque argento et absque ulla commutatione uinum et lac. [2] Quare appenditis argentum non in panibus et laborem uestrum non in saturitate? Audite audientes me et comedite bonum, et delectabitur in crassitudine anima uestra. [3] Inclinate aurem uestram et uenite ad me, audite et uiuet anima uestra. Et feriam uobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid fideles. [4] Ecce testem populis dedi eum, ducem ac preceptorem gentibus. [5] Ecce gentes quas nesciebas uocabis, et gentes que te non cognouerunt ad te current, propter Dominum Deum tuum et Sanctum Israel, quia glorificauit te. [6] Querite Dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est. [7] Derelinquat impius uiam suam, et uir iniquus cogitationes suas ;

Hec est hereditas. Hic adhibet tertium remedium, promittens rerum habundantiam contra pristinam penuriam. Et diuiditur in duas partes : in prima ponit promissionem, in secunda ostendit promissionis firmitatem : *Et quomodo descendit*. Circa primum tria facit. Primo ostendit eorum quibus promittitur condicionem : *Hec est hereditas*, id est hec que sequntur debentur seruis Domini, qui ei filii sunt quasi hereditario iure ; *et iustitia*, quasi iusta merces, Ps. « Hereditas mea ».

Secundo proponit promissionem, promittens futuram copiam in necessariis : *Omnes sitientes*, id est uos ex Iudeis qui prius pre inopia sitientes eratis, *enite*, sine pretio, *comedite* panem et alia necessaria, Io. VII[37-38] « Si quis sitit, ueniat ad me et bibat, et de uentre eius fluent aque uiue » ; et in deliciis : *Venite, emite*, quasi : ac si emeretis accipite, uel *absque argento*, id est minus quam iusto pretio, Cant. V[1] « Bibi uinum meum cum lacte meo ». Et commemorans pristinam inopiam : *Quare appenditis?*, quasi dicat : quare hactenus argentum dabatis et panem inde emere non poteratis?, Agei I[6] « Seminastis multum et intulistis parum ». Hec autem mystice exponuntur de aqua diuine sapientie que gratis sitientibus datur, secundum Glosam.

